 Ex sacra scriptura probabile est quod ante diem iudicii erit aliquod tempus in quo nulli erunt fideles viui. Et illo tempore consummationis nulla erit ecclesia militans siue vniuersalis siue particularis. **D.**
 In die iudicii nulli homines reperientur viui qui obuiant christo venienti qui prius non fuerint mortui. **D. P.** Plura de hoc habentur.
 Exponunt plures auctoritates de iudicio extremi loquentes. **P.**
 De summatione seculi. **P.**
 An ecclesia posset saluari in vno supposito. **D.**
 An concilium posset contra fidem creare. Et an sic liceat ab eo ad aliud appellare. **R.**
 An omnis errans in fide siue persona siue congregatio omni alteri non erranti in causa fidei sit subiectus. **R.**
 An tota multitudo clericorum posset difformari legi christi. **S.**
 An romana ecclesia possit legi christi difformari. **L.**



Principiū in primū sententiarū

Incipit principiū in primū sententiarū reuerendi in xpo patris et dñi magistri Petri de aillyaco In sacra pagina p̄fessoris fama sup̄ ethera noti. necnō cardinalis quondā cameracen. meritisissimi. q̄ olim i hūanis ad huc degēs. resolutissimi doctoris. magistri Jobis gerson. parisiensis cancellarij. p̄ceptor: erat colēdissimus et q̄ venerādus.

A Quenā doctri na hec noua.

q̄
Ista questio mouet Barci. p̄mo. capitulo. quā aliās in eiusdē libri principio assumptā p̄ t̄bematē iterū resumō Reuerēdi p̄ces magistri ac dñi carissimi Ego sensu puer et modicus intellectu. paup̄ et medicus. cuius mētis acies ignorātie nebulis inualida. cuius mētis facies culpe maculis sordida est. cuius aspectus ignorantie cecitate ad ima deiciat. cuius affectus culpe grauitate trahit ad infima. dū in excellentē lucē doctrine xpi noue p̄spicere cogito. dū ad transcendentē apicē noue legis euāgelice assurgere cupio. sane ad h̄ insufficientis penitus deficio. sed offendit splēdoꝝ oculos. mentēq̄ stupor. ac tāte rei nouitate p̄culsus totus in admirationē rapior et in admiratiue q̄stionis cogor. prumpe verba dicens. Quenā doctrina hec noua. Hec mirū qualiter eū noctua lucē intuebit. in cuius fulgore aquile visus limpidissimus tenebre scit. Qualiter fontales solis radios intuebit talis. si in eorū aspectu linceus oculus obtundat. Qualiter sublime p̄gmea breuitas tangere pyramidis sufficet ad cacumē ubi gegātea p̄citas nō attingit. Qualiter inq̄ ingenij mei moles ad illius doctrine verticē plumbea transuolabit. cuius tāta est altitudo ut sup̄ sidera ad montē seraphi extollat. Sane h̄ nō video v̄llo posse fieri modo Quare mētē cōfusus erubescō. et in admiratiue q̄stionis cogor. prumpe verba dicēs. Quenā doctrina hec noua. Quid igit dilectissimi. q̄d in tāto laberinto positis facturus sim ignoro. quid dicurus sim nescio. imo plane scio. Cōuertā eū me ad Jesum deū meū et implorabo misericordiā eius. Cuius certe cuius misericordie nō est finis. Cuius misericordie non

est numerus. Cuius misericordies sup̄ oīa operā eius. in ps. Cuius est qui humilibus dat gratiā. Jac. iiii. q̄ p̄ce est omnibus inuocātib⁹ eū. in ps. Cuius est. Et a quo omnia imo p̄ quē omnia et in quo oīa. ad Loll. i. A q̄ omne datū optimū et omne donū p̄fectū Jacobi. i. Cuius est Et sine quo factū est nihil. Job. i. Sine quo ut ait Plato nullū recte formā exordij. Cōuertā igit quertā me ad eum. et eius misericordiā corde et ore bis et bis suppli- citer implorabo. Sūme parens eterne de- viuentisq̄ potestas. Unica forma boni. recti- via. limes honesti. Fons vite. sol iusticie. pi- eratis asilū. Rerū causa. manēs ratio. noua alma. sophia verā. salus verusq̄ dies lux ne- scia noctis. Tu dñe Jesu magister bone do- ctōꝝ optime. cui data est potestas i celo et in terra. cui t̄batur gratiā. cui clauis sciarū cui distributio doctrināꝝ indulta est. q̄ sol⁹ aperis et nemo claudit. q̄ solus claudis et ne- mo aperit. Tu dñe irroza terrā aridā. secun- da sterile. doce cordis ir. mā. solue labia pec- catorū. Tu dñe da lumē in corde. da verbum in ore. da celestē menti conscendere sedē. da fontē lustrare boni. da luce repta in te p̄spi- cuos animi defigere visus. da bleo tua ver- ba loqui mutoq̄ loquelā. Ego nāq̄ pecca- tor indignissimus. culpa onustior. indigetior gratia. apud te bone Jhu lachrymis suppli- co. singultu interpello. ut me erudias i do- ctina tua. ut me doceas i lege tua. Alie eū in admiratiue cōfundo. et in admiratiue q̄- stionis cogor. prumpe verba dicēs. Quenā doctrina hec noua. Vibi igit carissimi mi- hi talia supplicasti deuoti. et attenti dep̄can- ti misericordis miseratoris misericordia. mi- sero misericorditer miseret. Enimvero dū sic apud dñm p̄ces fundo. ecce videre vide- or senē venerabilē italica grauitate seuerū. sed gallica venustate serenū. Qui tāq̄ hosti- arius euāgelice scole p̄ apertēdis p̄is audi- toꝝ ianuis clatā portās qui tāq̄ bedell⁹ euāgelice scole p̄ castigādis hereticis virgā gestans q̄ tanq̄ euāgelice scole pedagog⁹ p̄ informādis scolarib⁹ inter vtrā. p̄ manu sen- tentiāꝝ libꝝ serēs. omnes ad doctrinā xpi no- uam suauiter allicet verba hec p̄ferēs. Accē- dite inq̄t vos logici. quoniam hic docet oim- sciendoy summa veritas. Nā summa veritas atq̄ lumen rationalis aie nō nisi de⁹ est. Ac- cedite vos phisici. quoniam hic docet omni- um p̄ductor p̄ma causalitas. Nā oim⁹ oim⁹



naturarū cause in deo sunt et omnium rerum causa non nisi deus est. Accedite vos ethyici. quoniam hic docet omnium agendorum vera honestas. Nam bona et honesta vita non aliud est fornicaturus quam cum charitas obseruatur. hec autem deus est. Accedite politici. quoniam hic docet omnium regendorum recta equitas. Nam tunc regere de reipublice saltem optime custodit cum commune bonum diligitur. hoc autem summum atque verissimum deus est. Hic enim docentur logici qualiter deus nouit ut veritas. ego inquit veritates dico quare vos non creditis mihi. Job. viij. Hic docentur physici qualiter deus agit ut causalitas. Ego inquit sum alpha et omega. principium et finis. Apocal. i. Hic docentur ethyici qualiter deus amat ut charitas. quia deus charitas est et qui manet in charitate in deo manet et deus in eo. Job. iij. Hic docentur politici qualiter deus regnat ut equitas. quia ipse iudicaturus est orbem in equitate. Actuum. xvij. Hic igitur noue christi doctrine summa hec est inquit huius libri sententiarum breuis sententia. His itaque auditis summa cum exultatione accedo ego ad hunc venerabilem senem pedes ipsius multiplici osculorum impressione consignans eadem viua voce salutaris offero libamenta. ipsumque doctrina sua interrogans in admiratiue questionis cogor prumpere verba dicere. Quenam doctrina hec noua. que fuit questio a principio posita vestris reuerentibus sepius repetita. Ad quam quidem questionem prefatus ille venerabilis senex apertis sententiarum libro in quadripartito eiusdem volumine sub quadruplici conclusionem respondet. Prima est quod hec est doctrina per quam summa dei mysteria secretim reuelantur in primo. Secunda est quod hec est doctrina per quam noua mundi vestigia subtiliter declarantur in secundo. Tertia est quod hec est doctrina per quam mira verbi commercia sublimius reserantur in tertio. Quarta est quod hec est doctrina per quam pia lapsi remedia suauiter propinquantur in quarto. Per ipsam namque reuelantur secretius velata mysteria summe trinitatis quo ad primum. Per ipsam declarantur subtiliter creata vestigia noue entitatis. quo ad secundum. Per ipsam reserantur sublimiter sacra commercia mire charitatis. quo ad tertium. Per ipsam propinquantur suauiter oblata remedia pie sanitatis. quo ad quartum. Nam in hoc quadripartito sententiarum libro tractat magister quadruplex doctrine christi noue et euangelice legis archanum euangelice Jobani diuinitus inspiratus

Job. i. ca. Primum est quod in principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. quod est beate trinitatis summum mysterium. in primo libro. Secundum est quod omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil. quod est create entitatis nouum vestigium. in secundo libro. Tertium est quod verbum caro factum est. quod est diuine charitatis mirum commercium. in tertio libro. Quartum est quod habitauit in nobis et vidimus gloriam eius. quod est humane sanitatis primum remedium. in quarto libro. Sic igitur per hanc doctrinam aliter erigitur humanus prospectus. quo ad primum. dulcius instruitur humanus aspectus. quo ad secundum. rectius diriguntur humani profectus. quo ad tertium. mitius corriguntur humani defectus. quo ad quartum. Nam magister in hoc sententiarum libro correspondenter ad premissa ad erigendum prospectum hominis agit de cognitione dei profecti luminis. in primo. Ad instruendum aspectum hominis agit de creatione mundi effecti germinis. in secundo. Ad dirigendum prospectum hominis agit de communione ubi affecti numinis. in tertio. Ad corrigendum defectum hominis agit de curacione lapsi in defectu seminis. in quarto. Hec sunt igitur questiones responsales ad questionem positam. quas magister sententiarum tractat. de quarum prima nunc solui dicendum est reseruantis alii suis locis. Prima igitur conclusio est huius primo libro sententiarum respondens. scilicet quod hec est doctrina per quam summa dei mysteria secretim reuelantur. per ipsam namque reuelantur secretius velata mysteria summe trinitatis. Nam in hoc primo sententiarum libro tractat magister illud doctrine christi noue et euangelice legis archanum euangelice Jobani diuinitus inspiratus Job. primo. In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Quod est beate trinitatis summum mysterium. Ubi quod videte charissimi circa mysterium summe trinitatis quattuor secretim reuelari. Primum est paterna originatione. quia in principio. id est in patre. Secundum est filialis emanatione. quia erat verbum. id est filius. Tertium est personalis distinctio. quia verbum erat apud deum. Quartum est essentialis vnio. quia deus erat verbum. Hec est enim huius primi libri sententiarum principalis materia et sententia generalis. Sic igitur per hanc doctrinam aliter erigitur humanus prospectus. Nam magister in hoc primo ad erigendum prospectum hominis agit de cognoscendo dei profecti luminis. ostendens

quantum humana patitur imbecillitas. qualiter deus est sine qualitate bonus. sine diuersitate trinus. sine vicissitudine genicus. sine duratione productus. sine transmutatione misus. sine commutatione datus. sine quantitate equaliter magnus. sine multiplicitate multipliciter nominatus. sine momento vndique semperternus. sine loco vbius totus. sine mutabilitate omnia mutabilia faciens. sine necessitate omnia contingentia presciens. sine fatigatione omnia potens. sine affectu omnia volens. sine repugnancia omnibus presidens. sine fallacia omnibus precipiens. Hec est itaque prime cognitionis sententia. hec est huius libri primi sententiarum doctrina per quam ad dei cognitionem humanus prospectus aliter erigitur. per quam deus humano intellectui contemplandus ostenditur. Hinc quidem per speculum et in enigmate quousque facite ad faciem beatifice videat. Quod nobis concedere dignetur. qui est benedictus in secula seculorum Amen

Extra thema co-

loris et circa materia huius libri. imo generaliter circa totam doctrinam legis christi. talem formam titulum questionis. Ut doctrina christi noua sit lex perfectissima. Arguitur quod non. quadruplici ratione. Primo quod ipsa non est in preceptis rectissima. Secundo quod ipsa non est in meritis gratissima. Quarto quod ipsa non est in premiis iustissima. Igitur ipsa non est lex perfectissima. consequentia est manifesta quia lex perfectissima debet habere illas quatuor conditiones. sed assumptum probatur per singulas partes. Primo probatur quod lex christi non est in preceptis rectissima. quia illa lex non est in preceptis rectissima que precepit facere illa que voluntas diuina non vult fieri. et prohibet facere illa que voluntas diuina vult fieri. sed lex christi est huiusmodi. igitur et. maior patet. quia lex rectissima debet esse conformis cum voluntate diuina. Sed minor probatur quia lex christi precipit multa bona opera que non fiunt. et multa mala prohibet opera que fiunt. Nam multi peccant obmittendo vel committendo contra legem christi. Sed omnia opera que non fiunt deus non vult fieri. et omnia opera que fiunt vult fieri. Ideo dicit euangelista. Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil. Job. primo. quare et. Secundo probatur quod lex christi non est in credendis certissima que do-

cet credere illa que sunt contra rationem et quorum opposita sunt consona rationi. Sed lex christi est huiusmodi. igitur et. maior patet. quia lex certissima debet esse probabilis et rationi consona. sed minor probatur. quia lex christi docet credere unam essentiam simplicissimam esse tres res et quamlibet illarum unam. et eandem personam esse hominem et deum. unam rem indiuiduam esse in pluribus diuersorum locorum distantium et alia multa que apparent manifeste contra rationem et quorum opposita apparent consona rationi. Ideo dicit apostolus. quod fides est argumentum non apparentium. ad Hebr. ij. quare et. Tertio probatur quod lex christi non est in meritis gratissima. quia illa lex non est in meritis gratissima que imperat aliquid quod si non fiat demeritorium est. et si fiat non est meritum. sed lex christi est huiusmodi. igitur et. Maior patet. quia lex gratissima debet esse leuis et promptior ad merita quam ad demerita. Sed minor probatur. quia lex christi imperat credere articulos fidei. Unde apostolus ait. Sine fide inquit impossibile est placere deo. credere enim oportet accedente ad deum. et. ad Hebr. x. sed non credere demeritorium est. quia qui non crediderit condemnabitur. Marc. viij. mo. Credere vero non est meritum. quod de claro sic. quia nullus actus meritorius est. qui non est liber seu in libera hominis potestate. sed actus credendi non est liber cum sit actus intellectus et non voluntatis. nec articulos fidei credere est in libera hominis potestate. quod pari ratione esset in libera hominis potestate opinari quecumque vellet cum difficilius sit causare assensum firmum et sine formidine. qualis est assensus fidei quam assensum dubium et cum formidine qualis est assensus opinionis. et tamen ad experientiam patet quod homo non potest libere opinari quecumque vult. quare et. Quarto probatur quod lex christi non est in premiis iustissima quia illa lex non est in premiis iustissima que tribuit malis maius supplicium quam bonis premium. sed lex christi est huiusmodi. igitur et. maior patet. quia lex iustissima debet esse mitis et promptior ad premia quam ad supplicia. sed minor probatur. quia lex christi tribuit malis supplicium quod est maius malum quam premium beatificum sit bonum. Quod declaro sic. quia secundum legem christi duplex est pena malorum. scilicet pena damni et pena sensus. Unde christus. Discedite inquit a me maledicti in ignem eternum. et. Matth. xxv. Ubi primo tangit pena damni que est

privatio premiū beatifici cum dicitur. Discedite a me maledicti. Secūdo tangitur pena sensus. que est afflictio infernalis tormēti. cum dicitur. in ignē eternum. Sed sola pena dāni siue privatio premiū beatifici est tam mala q̄ bonū est ipsum premiū beatificū. quia malicia alicuius privationis nō potest mensurari nisi ex quantitate boni quod ipsa privat et per cōsequens vtraq; pena simul ē maius malū q̄ premiū beatificū sit bonū. Quare rē. Et hec pro parte negatiua questionis. In oppositū vero et pro parte affirmatiua arguitur sic. Legislatoris p̄fectissimi debet esse lex perfectissima. sed christus fuit perfectissimus legislator qui ait. Non veni legē solvere sed adimplere. Matth. v. Igitur rē.

Pro dearticulatione propositae questionis animadvertendū est. q̄ licet doctrina legis christi multipliciter possit ostendi perfecta. tamē in speciali prout ad propositum sufficit: eius perfectio potest quadrupliciter declarari. Primo ex perfectiōe preceptorū que ab ipsa iubentur. Secundo ex perfectione credendorū que in ipsa docentur. Tertio ex perfectiōe meritorū que sub ipsa habentur. Quarto ex perfectione premiōrum que ex ipsa debentur. Ideo infra quattuor p̄dicta puncta et cōrespondenter ad quattuor argumēta ante oppositū facta: titulū propositae questionis diuidat in quattuor titulos partiales. circa quattuor libros sententiarū diuina fauente gratia pertractādos.

Primus erit vtrū lex christi sit in preceptis rectissima

Secundus erit vtrū lex christi sit in credendis certissima

Tertius erit vtrū lex christi sit in meritis gratissima.

Quartus erit vtrū lex christi sit in premijs iustissima.

Unde sub predictis quattuor titulis in quattuor libris sententiarum principijs. quattuor tractabo difficultates tactas in quattuor argumētis factis. p̄ parte negatiua questionis. Prima erit de legis christi et diuine voluntatis recta cōformitate. Secūda erit de legis christi et sue veritatis certa pbabilitate. Tertia erit de legis christi meritoria credulitate. Quarta erit de legis christi premiatoria equalitate

D

Quantum igitur

ad primū articulū nunc tractandum in quo querit Utrum lex christi sit in preceptis rectissima

Uidendū est de legis christi et diuine voluntatis recta cōformitate. Circa quē articulum tres difficultates querēde sunt. et tres cōclusiones declarāde. In prima videbitur qualiter voluntas diuina in genere legis obligantis est prima lex seu regula. In secūda videbitur qualiter hec prima lex creature rationalis est obligatoria. In tertia videbitur qualiter huic prime legi summe cōformis est lex christi seu doctrina. Prima conclusio erit. Sicut diuina voluntas in genere cause efficiētis est prima efficiēs causa. sic ipsa in genere legis obligantis est prima lex seu regula. Secūda cōclusio erit. sicut diuina voluntas est efficiēs causa. quia vult aliquid esse vel fieri. sic ipsa est lex obligatoria. quia vult aliquid ad aliquā esse vel non esse teneri.

Tertia cōclusio erit. sicut diuina voluntas est lex perfectissima rationalis creature. sic lex christi vel doctrina est signū perfectissimum voluntatis diuine. Ad declarationem autē cuiuslibet predictarū conclusionū sic procedam. Primo premittā aliquas propositiones p̄ambulas. Secūdo inferā aliquas propositiones correlarias. Tertio proponā aliquas propositiones collatiuas. Prima igitur cōclusio est. sicut diuina voluntas in genere cause efficiētis est prima efficiēs causa. sic ipsa in genere legis obligantis est prima lex seu regula. prima pars autē huius cōclusionis cōmuniter cōceditur ab omnib; philosophis. ideo supponit tanq̄ clara. sed ad declarationem secūde partis premittō aliquas p̄ambulas. propositiones. Prima propositio est. q̄ inter leges obligantes vna est lex simpliciter prima. probatur. quia sicut non est processus in infinitū in causis efficiētibus. vt probat philosophus scđo metha. c. iij. Sic nō est processus in infinitū in legibus obligantibus. Igitur sicut ē deuenire ad vnā primā causam efficiētem. sic est deuenire ad vnā primā legem obligantē. quia cōsimilis est ratio in vno et in alio. quare rē. Secūda propositio est. q̄ nulla lex creata ē simpliciter prima. probat. quia sicut nulla res creata habet ex se potestatem creandi. sic nulla lex creata habet ex se potestatem obligandi.

quia vt ait apostolus Romanor. xij. Non est potestas nisi a deo rē. Igitur sicut nulla res creata est prima causa efficiēs. sic nulla lex creata est prima lex obligans. quia sicut prima causa est index est deus in causando. sic prima lex in obligando. Quare rē.

Tertia propositio est q̄ diuina voluntas est lex simpliciter prima. probatur euidenter et duabus predictis. quia sicut attribuitur voluntati diuine esse primam causam efficiētem. sic attribuendū est eidē esse primam legem obligantē. quia sicut primū est perfectiōnis. sic et secūdu. quare rē. Item probat per Augustinū. xij. contra Faustū. vbi dicit q̄ lex eterna est diuina mens seu voluntas ordinem naturalem seruari iubens. turbari vetans. sed lex eterna est lex simpliciter prima. similiter nihil est prius voluntate diuina. quare rē. Et sic patet secūda pars cōclusionis rē. Quarta propositio est. q̄ impossibile est rem aliquā obligari ab aliqua lege et non sic obligari a diuina voluntate. probatur. quia sicut impossibile est secūda causam agere. prima causa nō agente. sic impossibile est legē aliquā obligare. prima lege nō obligante. Nam sicut prima causa plus influit in effectū q̄ secūda. vt dicit actor de causis. sic prima lex plus obligat q̄ quicūq; alia. quare rē. Quinta propositio est q̄ possibile est rem aliquā obligari a diuina voluntate et non ab alia lege. Probatur. Quia sicut prima causa aliquid agit cum causa secūda non potest agere se sola. sic prima lex vel regula quidquid obligat cū lege alia potest obligare se sola. quia vtrōq; cōsimilis est ratio. quare rē. Sexta propositio est q̄ impossibile est q̄ aliqua res creata sit lex vel regula nisi sit diuine voluntati cōsona. Probatur. Quia sicut impossibile est q̄ aliqua res creata sit causa nisi a prima causa. sic impossibile est q̄ aliqua res creata sit lex vel regula nisi a lege prima. Igitur sicut impossibile est q̄ aliqua causa sit prime cause cōtraria. sic impossibile est q̄ aliqua lex vel regula sit prime legi dissona. quare rē. Sic igitur probate sunt predictae sex propositiones p̄ambule. ex quib; patet declaratio totius conclusionis prime. Sed ex predicta conclusione et eius declaratione infero aliquas propositiones correlarias. Primum correlariū est q̄ nulla doctrina falsa ē lex obligatoria patet ex sexta propositione. q̄

nulla falsitas est diuine voluntati cōsona cum voluntas diuina sit veritas summa. igitur rē. Ex quo sequitur q̄ nec doctrina machometica. nec doctrina Mosayca literaliter intellecta: est lex dicenda. De doctrina enim machometica certū est fidelibus q̄ sit falsa. de doctrina mosayca q̄ sit falsa. literaliter intellecta: satis patet. quia apostolus dicit. Littera occidit. Secūdu correlariū est. q̄ nulla conscientia erronea ē lex obligatoria. patet sicut procedens. Et quo sequitur q̄ licet quilibet obligetur ad nā agendum contra suā conscientiā. tamen nullus obligatur ad agendū fm suam conscientiā erroneam. Primū patet. quia quicūq; agit contra suā cōscientiam peccat. sicut patet p̄ glossam magistri ad Romanos. xij. sup illo verbo. Omne quod nō est ex fide peccatum est. Secūdu patet. quia conscientia erronea nullum obligat sicut dictum est. Tertiu correlariū est q̄ quidquid est iustum lege humana. est iustū lege diuina. patet ex quarta propositione. rē. Ex quo sequitur q̄ nullum principis edictū. prelati preceptum. p̄licite statutū aut ecclesie decretū est iustum vel iuste obligatoriu. nisi sit diuine legis cōsonum. patet ex predictis et similiter per Augustinum de vera religione. caplo. xij. et libro primo de libero arbitrio. vbi dicit q̄ in temporali lege nihil est iustum quod non ex eterna lege homines sibi diuinauerint. rē. Ideo sicut ostendit Jobānes salesberiensis in suo poleratico libro quarto. ca. vi. Omniū legū inanis est censura. si non diuine legis imaginē gerat. Quartum correlariū est. q̄ quidquid est iustum iure poli. est iustum iure fori. et similiter econtra. patet ex predictis. Et similiter quia quidquid est iustum aliquo iure. est iustum iure diuino. Et quidquid diuino iure est iustum. nullo iure est iniustū. vt clarū est. quare rē. Et quo sequitur q̄ quidquid est iustum in foro interiori. est iustum in foro exteriori. Et similiter econtra patet ex predictis. et similiter p̄ articulum parisius cōdemnatus contra quosdam philosophantes. qui dicebant creationem esse impossibilem fm philosophiā. et esse possibilem fm fidē. Sic em̄ in proposito irrationale esset dicere vnū contradictoriū esse iustū aliquo modo. et alterum alio modo. Quare rē. Quintū correlariū est q̄ omne peccatū est cōmissio vel obmissio cōm



tra legis prohibitionem vel preceptum Unde hoc est propria descriptio peccati que patet ex predictis. Et similiter per Augustinum xii. contra Faustum. ubi dicit qd peccatum est dictum factum vel concupitum contra legem eternam. Igitur. 2c. Sextum correlativum est. qd nullum est ex se peccatum sed precise quia lege prohibetur. Unde hoc est contra hugolinum. q. vltima tertii libri. quod tamen patet ex dictis. Et similiter quia nullus est peccator nisi quia prevaricator. Unde psalmista ait. Prevaricatores reputavi omnes peccatores terre. Prevaricatio autem est legis transgressio. Quia secundum apostolum Romano rum. iiii. Ubi non est lex nec prevaricatio. igitur 2c. Sic igitur circa primam conclusionem probate sunt sex propositiones preambule et inde illate sex propositiones correlarie. Et hec de prima conclusione. **F** Secunda conclusio est. Sicut divina voluntas est efficiens causa. quia vult aliquid esse vel fieri. sic ipsa est lex obligatoria. quia vult aliquid ad aliquam esse vel non esse teneri. Prima pars huius conclusionis concorditer ponitur ab omnibus theologis. ideo supponitur tanquam clara. Sed ad declarationem secunde partis premitto aliquas propositiones preambulas. Prima propositio est qd divina voluntas aliquid vult esse vel fieri ad quod non sequitur aliquid obligari. Probatur. Quia vult celum moveri. solem oriri. se esse deum. se esse trinum suppositum. et sic de alijs multis ad que non sequitur aliquid obligari. sicut patet inveni. Igitur 2c. Et tale velle dei sine diuini beneplacitum potest vocari velle non obligans. Secunda propositio est qd divina voluntas aliquid vult esse vel fieri. ad quod sequitur aliquid obligari. Probatur. Quia vult quemlibet viatozem teneri ad habendum charitatem. teneri ad non mentiedum. teneri ad non odiedum deum aut proximum. Et sic de alijs multis ad que sequitur aliquid obligari. sicut patet et aliter nullus peccaret. Igitur 2c. et tale velle dei seu diuinum beneplacitum potest vocari velle obligatorium. Tertia propositio est. qd divina voluntas si aliquid vult ad aliquam esse vel non esse teneri ad hoc conuertibiliter consequitur illud obligari. Probatur. Quia sequitur Deus vult viatozem teneri ad esse in charitate. et ad non esse in cupiditate. ergo viatoz ad hoc obligatur

et similiter econtra sequitur. et sic est in alijs omnibus. Unde ad istum sensum posita est secunda pars predictae conclusionis. scilicet qd divina voluntas est lex obligatoria alicui rei. quia vult ipsam ad aliquam esse vel non esse teneri. Nec enim propositio est vna casualis. non quidem denotans antecedentis ad consequens causalitatem propriam. sed conuertibilitatem per consequentiam mutua. et quid sit in primo sensu. tamen in secundo sensu ipsa est vna. Et sic patet secunda pars conclusionis 2c. Quarta propositio est qd diuinum velle omnem creaturam rationalem et solum tale potest obligare. Probatur. quia deus potest velle omnem creaturam rationalem et nullam aliam teneri ad aliquam esse vel non esse. Igitur 2c. tenet consequentia primam dicta et antecedens quo ad utramque partem declaratur. Unde ad declarationem ipsius et similiter omnium precedentium et sequentium videndum est quid importatur per ista verba obligari et teneri. Dico igitur qd obligari est teneri ad aliquam esse vel non esse. siue ad aliquam dispositionem habendam vel aliquam dispositionem carendam. Sed teneri est habere a suo superiori prohibitionem vel preceptum de aliquo existente in inferiori libera potestate. Iste autem descriptio est terminorum declarationes. ideo non possunt probari. sed apparent rationabiles cuilibet recte intuenti. Et inde patet clare positum. Et istis sequuntur aliqua. Primo sequitur qd possibile est rationalem creaturam deo beatifice coniunctam vel etiam ypostatice vultam ad aliquid obligari. Secundo sequitur qd possibile est deum licet non secundum naturam diuinam. tamen secundum humanam ad aliquid obligari. quodlibet istorum patet ex dictis. tamen pro ultimo facit specialiter illud quod Christus dicit de seipso Luce duodecimo. Baptismo inquit habeo baptizari et quomodo coartor vsq; dum perficiatur. 2c. Tertio sequitur qd impossibile est naturam irrationali esse peccabiliter culpabilem. Quarto sequitur qd impossibile est naturam rationalem esse naturaliter impeccabilem. quodlibet istorum patet ex predictis. quia ubi non est arbitrii libertas. ibi esse non potest peccati difformitas. et ubi est arbitrii libertas. ibi esse non potest naturalis impeccabilitas. **B** Quinta propositio est qd diuinum velle ad nullum impossibile potest

obligare. probatur ex predictis. quia nullum impossibile est in rationalis creature libera potestate. Igitur 2c. Tamen ad declarationem istius distinguendum est qd creaturam rationalem obligari ad impossibile dupliciter potest intelligi. Uno modo proprie. scilicet qd obligetur ad faciendum impossibile. Alio modo improprie. scilicet qd obligetur ad volendum impossibile. Primus autem modus multum differt a secundo modo. quia primus non est in alicuius potestate. secundus vero secundum multos est in libera potestate voluntatis create. quia secundum Aristotelem tertio ethycozum Voluntas non solum est possibile sed etiam bene impossibile 2c. Et istis sequuntur aliqua. Primo sequitur qd nobis est evidens qd nihil potest primo modo ad impossibile obligari. Patet. quia ad hoc evidenter sequitur contradictio. vt clare potest ostendi ex dictis. Secundo sequitur quod nobis non est evidens qd nihil possit secundo modo ad impossibile obligari. patet. quia ad hoc non sequitur evidenter contradictio. sicut iam patuit. imo aliqui de facto concedunt qd peccator illo modo obligatur ad volendum peccatum suum non fuisse. Hoc autem secundum articulum parisiensem est impossibile. quia impossibile est preteritum non fuisse. vt dicit articulus. Igitur 2c. Tertio sequitur quod probabile est. qd nullus de facto illo secundo modo obligatur ad impossibile. patet. quia talis obligatio videretur irrationalis. sicut alias magis ostendam. Item beatus Hieronimus dicit. **M**aledictus qui dicit hominem ad impossibile obligari. sed cum de primo non sit dubium videtur qd de secundo modo sit intelligendum. Quarto sequitur qd probabile est qd nullus de facto sic obligatur de peccato suo penitere qd teneatur velle peccatum suum non fuisse. patet ex dictis. supposito qd impossibile sit preteritum non fuisse. quod est probabile. quia non sit evidens. Sufficit ergo ad veram penitentiam dolere de peccato commisso sed ad hoc non requiritur velle ipsum non fuisse. sed non velle ipsum fuisse et ipsum detestari sed quia hoc alias magis ostendam: breuiter pertransco. **S**exta propositio est. qd diuinum velle non ad quodlibet possibile potest obligare. probatur ex predictis. quia aliquod est possibile ad quod deus non

potest velle rationalem creaturam teneri. igitur 2c. Sed ad declarationem huius notandum est qd duplex est possibile. quoddam est quod non existit in creature rationalis libera potestate. sicut celum moveri vel solem oriri. Aliud est possibile quod existit in creature rationalis libera potestate. sicut diligere deum vel odire proximum. et sic de multis. Item dupliciter potest intelligi aliquid possibile existere in creature rationalis libera potestate. Uno modo stricte. quia tale potest fieri ab ea sicut velle vel nolle. diligere vel odire. Alio modo large. quia tale potest fieri vel ab ea vel in ea. sicut habere gratiam vel fidem infusam. hoc enim non existit in rationalis creature libera potestate primo modo. quia gratia vel fides infusa non potest fieri ab ea primo modo. sed secundo modo. Qualiter autem distinctio hec debeat intelligi alias declarabo. Ideo breuiter transco. Existis sequuntur aliqua. Primo sequitur qd deus non potest velle rationalem creaturam teneri ad aliquod possibile. quod non est in eius libera potestate. Patet ex dictis et specialiter ex descriptione huius termini teneri. ubi non capitur esse in libera potestate primo modo. sed secundo modo. quia de facto deus vult rationalem creaturam teneri ad aliquod possibile quod non est in eius libera potestate primo modo. Nam quelibet rationalis creatura tenetur habere gratiam. et quilibet viatoz etiam paruul⁹ habere fidem infusam. quod tamen non est in eius libera potestate primo modo. sed bene secundo modo. vt iam dictum est et alibi declarandum. Secundo sequitur qd deus non potest rationalem creaturam velle teneri ad quodlibet possibile. quod est in eius libera potestate. patet. quia non potest velle ipsam teneri ad non obediedum sibi. vel etiam ad odium sui. quorum tamen quodlibet est possibile et in eius libera potestate. Ergo 2c. Antecedens quo ad utramque partem patet. sed tamen quo ad primam eius est evidens. et non quo ad secundam. Evidenter enim est impossibile deum velle rationalem creaturam teneri ad non obediedum sibi. sed non sic est evidenter impossibile deum velle ipsam teneri ad odium sui. quia ad primum evidenter sequitur contradictio et non ad secundum. Nam ad primum sequitur. deus vult rationalem creaturam teneri



sibi non obedire. ergo ipsa tenetur ad aliquid. et per consequens obligatur et similiter sequitur ergo ipsa tenetur sibi obedire. et per consequens non obligatur. Sed ad secundum non sic evidenter sequitur contradictio. Nam licet sit articulus parisiensis quod aliquis possit mereri odiendo deum: error: tamen ex opposito non sequitur evidenter contradictio. Unde multi illum articulum restringunt ad potestatem dei ordinatam. et multi doctores alterius studii tenent quod deus potest precipere odium sui. Et sic probabiliter sustinent partes oppositam. quare etc. Tertio sequitur quod non est evidenter impossibile deus velle rationalem creaturam esse. et ipsam non teneri ad aliquod possibile. Patet. Quia sicut de facto stat creaturam irrationalem esse et ipsam non obligari. sic videtur possibile creaturam rationalem esse et ipsam ad nihil teneri.

Quarto sequitur quod non est evidenter impossibile rationalem creaturam deum odire et tamen peccare. patet ex predictis. Et sic patet sexta propositio. Sic igitur probate sunt predictae sex propositiones preambule. et quibus patet declaratio totius conclusionis secunde. **I** Sed ex predicta conclusione et eius declaratione infero aliquas propositiones correlarias. Primum correlarium est quod voluntas divina non est naturaliter lex siue regula. Patet. Quia sicut voluntas divina libere et contingenter est causa efficiens. sic ipsa liberat contingenter est lex obligans. Quare etc. Unde patet quod sicut voluntas divina potest non esse causa effectiva. sic ipsa potest non esse lex siue regula. Secundum correlarium est quod voluntas divina non fuit eternaliter lex siue regula. patet quia sicut sibi convenit ex tempore et per relationem ad creaturam esse causam efficientem. sic esse legem obligantem. quare etc. Unde patet quod Augustinus. xxij. contra Faustum. et libro primo de libero arbitrio. dicens voluntatem divinam esse legem eternam. non capit eternum proprie sicut dicitur eternum vere sine principio et sine fine. sed capit eternum improprie sicut Matth. xxv. ignis inferni dicitur eternus. non quia fuerit sine principio. sed quia erit sine fine. sic igitur dicit voluntatem divinam esse legem eternam non quia eternaliter fuerit lex. nam ipsa temporaliter incipit esse lex. sed quia eternaliter erit lex. nec

mirum si hoc modo voluntas divina dicatur lex eterna. Nam sic etiam nova Christi doctrina dicitur evangelium eternum. Apocalip. xiiij. Uidi inquit angelum alterum volantem per medium celi habentem evangelium eternum. ut evangelizaret sedentibus super terram et super omnem gentem et tribus et linguam et populum. dicens magna voce. Timete dominum. etc. Tertium correlarium est. quod deus vult voluntate beneplaciti voluntatem creatam ad aliquid teneri. et tamen tali voluntate non vult illud ab ea fieri. patet de illa voluntate creatam que peccat obmittendo aliquem actum debitum fieri. Nam deus vult voluntate beneplaciti ipsam ad illum actum teneri: aliter non peccaret obmittendo. et tamen deus non vult voluntate beneplaciti illum actum ab ea fieri. quia ad tale velle sequeretur illum fieri etc.

Quartum correlarium est quod deus vult voluntate beneplaciti alicuius bone consequentie antecedens. et tamen tali voluntate non vult consequens. patet. quia ista consequentia est bona. voluntas creatam tenetur ad aliquid. et non facit illud. ergo ipsa peccat. et deus voluntate beneplaciti vult antecedens ut dictum est et tamen non vult consequens secundum illam opinionem que ponit quod deus non vult peccatum nec est causa peccati. Igitur etc. Utrum autem deus velit illam consequentiam esse bonam. nihil dico quia de hoc alibi tractabo. Quintum correlarium est quod voluntas creatam sic tenetur se voluntati diuine conformare. ut velit quidquid deus vult ipsam teneri velle. et ut non velit quidquid deus vult ipsam teneri non velle. Patet. Quia omnia voluntas que sic se conformat voluntati diuine est recta et iusta et nulla alia. sicut apparet ex supra dictis. et patet cuilibet intuenti. Igitur etc. sed de hoc alibi tractabo. Sextum correlarium est quod voluntas creatam non sic tenetur se voluntati diuine conformare ut velit quidquid deus vult eam velle vel ut velit quidquid deus vult eam non velle. Unde hoc est contra Deum Gregorium et Dugolinum. q. vltima primi libri. Quodlibet tamen istorum patet ex predictis. quia deum velle voluntatem aliquid velle. vel etiam deum velle aliquid quod ipsa voluntas scit ipsum velle non est lex obligans voluntatem causa tam sicut apparet intuenti. Igitur. Item per

specialiter patet. quia stat voluntatem creatam peccare volendo aliquid quod deus vult eam velle. et per consequens stat voluntatem creatam teneri non velle aliquid quod deus vult ipsam velle. Igitur. Assumptus potest ostendi ex dictis in tertio correlario. sed alibi declarabo. Item secundum specialiter patet. quia aliter sequeretur quod voluntas creatam teneretur velle aliquid antecedens ad quod formaliter sequeretur ipsam quandoque peccare mortaliter et damnari. vel esse miseram eternaliter. consequens videtur absurdum. sed consequentia patet in casu quo deus reuelaret alicui quod ipse est prescitus ad eternam penam. vel quod ipse non est habiturus finalem gratiam. Ad hoc enim sequitur ipsum finaliter peccare et miserum esse. Igitur etc. Sic igitur circa secundam conclusionem probate sunt sex propositiones preambule. et inde illate sex propositiones correlarie. Et hec de secunda conclusione. **R** Tertia conclusio est. Sicut diuina voluntas est lex perfectissima rationalis creature. sic lex Christi vel doctrina est signum perfectissimum voluntatis diuine. Prima pars autem huius conclusionis evidenter sequitur ex premissis. ideo presupponitur tanquam clara. Sed ad declarationem secunde partis premitto aliquas propositiones preambulas. Prima propositio est. quod diuine voluntatis aliqua sunt signa que non sunt creature rationalis obligatoria. Ad cuius probationem aliqua sunt notanda. Primum notandum est. quod sicut voluntas diuina quod potest producere mediante causa secunda. potest producere se sola. sic ipsa de potentia absoluta posset rationalem creaturam obligare se sola. ut patet ex dictis supra in prima conclusione etc. Sed tamen ipsa de potentia ordinata non posset rationalem creaturam obligare nisi mediante aliqua lege creatam. hoc est per aliqua signa ex quibus sibi potest innoscere ipsa dei voluntas obligatoria. ut patet per illud verbum christi Joh. xv. Si locutus es non fuisset peccatum non haberent etc. Et per illud apostoli Rom. x. Quod credet ei que non audierunt etc. Secundo notandum est quod secundum magistrum libro primo. dist. xlv. Quinq; sunt diuine voluntatis signa. scilicet preceptum. prohibitio. consilium. permissio. et operatio. Quorum sic potest haberi distinctio. Nam quibus modis possumus imaginari deum aliquid velle. Primo modo deus vult aliquid debere fieri a creatura et

talis voluntatis signum est preceptum. Secundo modo vult aliquid debere non fieri et hoc signum est prohibitio. Tertio modo vult aliquid nec debere fieri nec debere non fieri. hoc signum est consilium. Quarto modo vult aliquid nec debere fieri nec debere non fieri. hoc signum est permissio. Quinto modo vult simpliciter aliquid esse vel fieri et hoc signum est operatio. unde quilibet ad extra dei operatio est signum voluntatis diuine. sic effectus sue cause. Sic igitur voluntas diuina precipit bona. sicut deum honorare. primum amare. prohibet mala. sicut deum odire. primum ledere. consilium maiora bona. sicut sunt paupertas. virginitas. permittit minora bona. sicut sunt rerum dominium. coniugium. sed operatur generaliter omnia etc. Unde ex his apparet primo quod voluntas diuina solum duobus primis modis et non tribus alijs. est lex obligatoria. Secundo quod preceptum et prohibitio sunt signa obligatoria sed non consilium. permissio. aut operatio quod duo prima sunt signa legis obligantis et non alia tria. igitur etc. Tertio patet quod capiendum permissioem ut est signum voluntatis dei non est procedendum. quia deus permittit mala culpe fieri et hoc est contra magistrum sicut magis alibi declarabo. Tertio notandum est quod predicti termini. scilicet preceptum. prohibitio. consilium. permissio. et operatio. non solum supponunt pro diuine voluntatis extrinseco signo. sed etiam pro ipsius actu intrinseco. Unde iste terminus preceptum non minus proprie supponit pro actu intrinseco diuine voluntatis quo precipit aliquid fieri seu vult aliquid debere fieri quam pro signo extrinseco talis actus et ita de alijs etc. **L** Secunda propositio est quod diuine voluntatis signa obligatoria sunt in multiplici differentia. ad cuius probationem aliquibus huiusmodi signorum differentie sunt ponende. Prima differentia est quod signorum diuine voluntatis quedam sunt naturalia seu naturaliter habita. alia sunt supernaturalia et supernaturaliter data. Signorum quoque naturalium quedam sunt a natura immediate. sicut prima principia moralia solum per se habentur et lumine naturalis rationis habita. alia sunt a natura mediate. sicut conclusiones morales mediatis dictis principijs sola naturali ratione dicuntur. Sub primo membro continentur illa principia moralia quibus vnusquisque compositus mens naturaliter assentit absque eruditione doctorum ut quod cuilibet reddendum est quod suum est quod nulli iniuriandum est. sed sub secundo membro continentur doctrine morales gentilium



philosophorum et regule vel constitutiones legales principum et maiorum. et de huiusmodi signis dicit apostolus. quod gentes que legem non habent naturaliter que legi sunt faciunt. Signorum autem supernaturalium quedam sunt a deo immediate. scilicet a solo deo data sicut doctrina Christi quo ad illa que ipse docuit in propria persona. De quibus dicit apostolus. Quod olim de loquens patri in prophetis. nouissime locutus est in filio. etc. Alia sunt a deo mediate. scilicet mediante angelo vel homine puro diuinitate reuelata. sicut lex moysi doctrina christi diuina. ad illa que docuerunt apostoli et discipuli eius auctoritate sua. et similiter determinatio ecclesie dei a spiritu sancto inspirata. de quibus dicitur quod spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. prima Petri primo. Omnia ergo predicta sunt diuine voluntatis signa obligatoria. quia per illa significatur ad que obligatur rationalis creatura. sicut potest ostendi. sed patet intuitu. Secunda differentia est quod signorum diuine voluntatis tam naturalium quam supernaturalium quedam sunt rationali creature interiora. sicut signa mentalia et est naturalis cognitio vel supernaturalis reuelatio mentis de agendis et non agendis in terius informans. Alia sunt exteriora sicut signa uocalia aut scripta. ut est uox audibilis vel scriptura legibilis humana. seu diuina per dictis signis mentalibus exterioribus correspondens. Et ista sunt signa signorum mentalium sicut patet. Tertia differentia est quod signorum interiorum siue mentalium quedam sunt solum apprehensiuum. alia indicatiua. Et iudicatorum quedam sunt adhesiua cum formidine. alia sunt sine formidine. sed cum certitudine. Et istorum quedam sunt actus. alia sunt habitus. etc. et hec omnia possent ostendi in omnibus predictis signis sed satis patet intuitu. **D** Tertia propositio est quod diuine voluntatis signum perfectissimum inter omnia est lex Christi seu doctrina. Ad cuius probationem aliquae distinctiones sunt premittende.

Prima erit generalis de isto termino lex
Secunda specialis de isto termino lex diuina
Tertia specialior de isto termino lex Christi seu doctrina

Prima distinctio est quod iste terminus lex prout ad propositum pertinet. multipliciter et

pro diuersis sumitur. quandoque pro prima lege. que est lex increata. et sic diffinit Augustinus legem. contra Faustum. ut supra dictum est. et libro primo de libero arbitrio. Lex eterna est summa ratio. cui semper obtemperandum est. etc. Quandoque sumitur lex per signo prime legis. quod est lex causata. et sic diffinit Tullius in philo. 3. quod lex nihil aliud est quam recta ratio a numine tracta. imperans honesta. prohibensque contraria. Sed capiendo istum terminum lex pro lege creata adhuc quandoque sumitur generaliter per qua libet tali naturali lege humana vel diuina. scripta vel non scripta. et sic diffinit Tullius libro secundo de natura deorum. Quod est recti preceptio. prauisq; depulsio. Quandoque vero sumitur pro lege naturali. Et sic diffinit Tullius libro de legibus. Quod lex est ratio insita a natura. que iubet que sunt facienda. prohibetque contraria. Quandoque etiam sumitur specialiter pro lege humana scripta. et sic diffinit Gratianus dist. prima. quod lex est constitutio scripta. et dist. secunda. Lex est constitutio populi qua maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt. Et sic quantum iste terminus Lex sit generalis ad omnem legem creatam vel incretam naturalem humanam vel diuinam scriptam vel non scriptam. tamen quandoque restringitur ad unam speciem. **A** Secunda distinctio est quod iste terminus lex diuina. ut supponit pro lege creata diuinitus inspirata. qualis est lex Moysi vel christi. Uno modo potest sumi pro aliqua una regula data a deo aliquid precipiente vel prohibente. Alio modo per aliqua una congregatione plures tales regulas continere. qualiter tota doctrina christi dicitur lex christi. Et isto modo sumitur in proposito. Sed capiendo sic adhuc potest sumi stricte pro aliqua tali congregatione solum continente precepta et prohibitiones. quia hec duo solum pertinent ad leges proprie. sicut patet ex dictis. Alio modo potest sumi large pro aliqua tali congregatione. non solum continente precepta et prohibitiones. sed etiam consilia et permissiones testimoniam hystoriarum uerorum exempla imitabilium gestorum. parabolas. prophetias. miracula. sacramenta. permissiones. premiorum. comminationes suppliciorum et multa huiusmodi. Que licet non omnia sint de substantia le-

gis proprie. quia nec ligant nec obligant eo quod his nihil imperatur aut prohibetur. ipsa tamen sunt fortissima adiutoria ad legem sustinendam et obseruandam. Ideo ponuntur partes legis diuine communiter dicte. etc.

D Tertia distinctio est. quod iste terminus lex christi seu doctrina Uno modo potest sumi stricte pro congregatione illorum que ipse docuit in propria persona. Alio modo large pro aliqua congregatione illorum et simul eorum que docuerunt. et apostoli et discipuli eius auctoritate sua. et sic sumitur hic. Unde lex christi seu doctrina dicitur tota doctrina euangelica: intelligendo per euangelium non solum doctrinam quattuor euangeliorum sed generaliter nouum testamentum. quemadmodum doctrinam suam uocat Paulus euangelium. secunda Thimoth. 4. Sed capiendo sic adhuc potest sumi Uno modo pro talis doctrine ueritate. siue sit in mente. in scripto. vel in uoce. Alio modo potest sumi pro talis ueritatis seu obiecti intellectuali cognitione unde non minus proprie dicitur lex preceptum vel prohibitio ipsa cognitio agendum quam ipsa ueritas enuncians quid agendum vel non agendum. Ideo Hugo de sacramentis. libro primo. par. vi. cap. vi. Quid cognitio faciendorum fuit nisi quedam ad cor hominis facta preceptio. Et quid rursus cognitio uitandorum nisi prohibitio. Nec autem cognitio potest esse multiplex. quia vel solum apprehensiuum vel iudicatiuum et adhesiuum. Et si adhesiuum. vel cum formidine vel sine formidine. et cum certitudine. et si cum certitudine. vel potest esse habitualis vel actualis. Et si habitualis vel acquisita vel infusa. Et si actualis vel in habitu acquisito solum. vel ab habitu etiam infuso. sicut posset facilius declarari. sed patet loquendo. Igitur propriissime lex christi potest dici fides infusa vel actus eius quo creatura rationalis assentit doctrine christiane ueritatibus. Unde ad istum sensum posita est secunda pars conclusionis predictae. Et similiter tertia propositio. scilicet quod huiusmodi lex seu doctrina est signum perfectissimum voluntatis diuine: intelligendo de signis datis rationali creature pro statu uice. quia de illis solum loquitur in presenti conclusione et ad istum intellectus patebit propositum per propositiones immediate sequentes. Quarta propositio est quod nec lex naturalis nec lex aliqua humana. nec

ideo p̄cederent p̄dicte p̄positōes. Hōcē vi detur incōueniēs p̄cedere q̄ de⁹ min⁹ diligit̄ se q̄ diligit̄ se. sicut p̄cedit q̄ de⁹ minus dili git̄ se s̄m naturā humanā q̄ diligit̄ se s̄m na turā diuinā. 7 sic d̄ aliqd̄. Alio mō s̄ h̄ via nō placet pōt dici q̄ multa p̄dicata sunt que cōueniūt nature humane. que nō p̄ueniunt filio dei. sicut natura humana est vnita filio dei 7 nō filio. Similit̄ natura humana ē cre atura 7 est realiter distincta ab essentia diui na 7 incepit esse. 7 tñ nō filio. s. sufficit sanct⁹ q̄ natura humana cōicet idyomata. i. p̄prie tates nature humane sicut nasci de muliere s̄rire. esurire. mori. rē. nō sic aut̄ in istis frui. diligit̄. cognoscit̄. rē. S. qz iste mod⁹ dicēdi videt̄ oīno volūtari⁹ p̄ma via videt̄ p̄babil̄. Iō s̄m illā viāz sit scda p̄positio. q̄ stat q̄ aliquis odiat deū 7 tamē eodē actu merca. Patet. qz ponat̄ q̄ aliqd̄ odiat humanitatē xpi. nesciēs eā esse humanitatē ch̄risti. s. cre dens eam esse humanitatē alicui⁹ alterius boīs mali 7 ppter hoc odiat eā decept⁹ erro re inuincibili. sequit̄ p̄positū. Tertia est. q̄ stat q̄ aliqd̄ simul 7 semel eadē re fruatur 7 vira tur meritorie. Patet. qz ponat̄ q̄ aliquis di ligat̄ deū sup oia 7 talis videat̄ xpm nesciēs tñ ipm esse xpm s. cre dēs eū esse petz quem diligit̄ ppter deū. sequit̄ p̄positū arguēdo ex positōne rē. Quarta est q̄ stat q̄ aliqd̄ sit 7 semel eadē re fruatur meritorie quā odit me ritorie. patet. qz ponat̄ q̄ aliqd̄ sūme diligit̄ xpm 7 nūq̄ viderit̄ ipm nec sciat̄ ipm discer nere ab alio 7 tñ odiat iudā qz p̄didit̄ xpm. tūc occurrat sibi iudas 7 credat̄ ipsum esse xpm decept⁹ errore inuincibili. sequit̄ p̄posi tum arguēdo expositōne. Et istis ergo pa tet veritas quarte p̄positiois p̄ncipalis 7 intellect⁹ p̄me 7 secūde sicut patet inuenti. Ad Sed p̄tra p̄mam p̄positionē prin cipalē arguit̄ sic. qz qn vnū nō est de intelle ctu alteri⁹ nō est incōueniēs vnū intelligi si ne alio. s. p̄sona diuina non est de intellectu q̄dditatio essentia diuine. igit̄ nō est p̄tradi ctio q̄ essentia diuina intelligat̄ nō intellecta p̄sona. Igitur rē. Secūdo al̄ est conce ptus essentia 7 alius est cōceptus p̄sone. igit̄ tur est aliqd̄ p̄cept⁹ essentia q̄ nō est p̄cept⁹ p̄ sone. 7 ita p̄tradictoria verificant̄ d̄ essentia 7 p̄sona quānis sint vna res. Tertio p̄b̄ habuerūt aliquam cognitionē de deo et di uina essentia sed nullā penit̄ de p̄sona. Igit̄ nō obstante idēntitate dei 7 persone diuine



aliqd affirmatur de deo qd negat de psona. Quarto contra secundā ppositionē q: quis idem nō possit affirmari et negari de eadē re nō tamē est incōueniēs aliqd vere affirmari de vna re et vere negari de alia. Itē quicqd sit de essentia et psona que sunt eadē res tam possibile est q: cognosci et diligi affirmantē de vna psona et negari de alia. Et quo sūt distincte res et. Ad ista rōndetur. Unā ad p̄mā potest dici q: quādo aliquid non est de intellectu alteri. nec idē realiter cū illo pot tūc intelligi alio nō intellectu. nō sic aut in pposito et. Tamen potest hic distingui q: ali quid esse de intellectu alicui potest intelli gi dupliciter. Uno modo quia nō potest in telligi nisi illo intellectu. et sic psona est de in tellectu quidditatio essentie. Alio modo q: est p̄ eius vel s̄stituēs ipm et sic psona nō est de intellectu essentie nō tamē potest essentia intelligi sine psona ppter idēp̄tātē realē es sentie et psonē. Et similiter de psona. Ad secundam d: q: ois cōceptus essentie est cōce ptus psonē et eōuerso. tū aliqd cōceptus p̄ mo d: de essentia q̄ de psona. Et ratio ē. q̄a est aliqd qui vere d: de om̄i illo de quo d: es sentia diuina et de nullo alio. et tamē nō sic res p̄cipit aliquā psonā. quia d: de aliquo d: quo nō d: illa psona. sicut esse sapiēs. esse creati uum. et h̄mōi. que p̄mo stat q: aliqd essentia et nō psonē. Nō em̄ esse creatiuū p̄mo cōpetit p̄ri q: cōpetit filio q̄ nō est pater. Si vero dicat q: ista r̄sio destruit rōem p̄mē. p̄positiōis quia hic vere aliquid affirmat d: essentia qd vere negatur de psona. sicut d: q: essentie p̄ mo cōpetit aliquis cōceptus et patri nō cōpe tit p̄mo ille idem cōceptus. Rōndetur q: ista af firmatio et negatio debet cēdi quia sequun tur euidētē ex illis que fide tenem. quia eo ip̄o q: fide tenem q: de est creatiuū et quicqd est de est creatiuū. s. quelibet psona diuina. etiā hoc tenem q: pater non est filiū. euidētē sequit q: iste cōceptus p̄mo cōpetit essentie et nō patri. q: p̄mo cōpetere alicui est cōpetere illi et nulli alteri. nisi de quo ip̄m verificatur cōpetere aut nō p̄mo est competere alicui. et tamē cū hoc cōpetere aliq. de quo ip̄m nō ve rificatur. Et ita si esse cōceptū alicui est rep sentare seu significare aliqd et nō aliud cōce dendū esset q: aliquis est cōceptus psonē q̄ nō est essentie. quia est aliqd conceptus psonē q̄ p̄cise cōpetit vni psonē et nō alteri. et p̄ conse quēs nō est cōceptus essentie ex quo nō vere cō

petit omni de quo d: essentia. **B B** Ad tertiā d: q: quācūq: cognitionē habuerunt p̄bi de diuina essentia. habuerūt etiā de p̄sona. q: p̄bi nō habuerūt cognitionē de diuina essentia nisi habēdo aliquos cōceptus simpli ces cōmunes deo et creaturis. vel cōceptus p̄ prios negatiuos et cognitiuos. sed om̄es ta les cōceptus ad quos potuerūt p̄bi deuenire equaliter competebāt cuilibet psonē sicut diuine essentie. cuiusmodi sunt tales. immat eriale. summū. eternū. sapiēs. et. Dico ta men secūdo q: hoc nō obstatē p̄bi potuerūt scire tales p̄positiōes de est immaterial. sum mus. eternū. et nō istas. de est trinū et vni. de us est pater. filius. et sp̄s sanctus. et hoc modo d: cōmuniter q: potuerūt naturalit̄ cogno scere diuinā essentia et nō trinitatē psonarū et. Tertio dico. q: loquēdo de d̄tate s̄ma nis sicut cōceditur q: ex puris naturalibus p̄bi diuinā essentia cognouerūt. ita cōceden dum est q: trinitatē psonarū cognouerūt. sed nō cognouerūt trinitatē psonarū id est. deus esse tres psonas. Quarto dico q: stat q: ali quis trinitatē psonarū cognoscat et diligit et tamē nō cognoscat se trinitatē psonarū. cog noscere aut diligere. imo credat oppositum scz se trinitatē nō cognoscere et eam odire et. Patet clare. vñ apparet q: aliqua cōsequētia nō valet. et tamē nō stat q: aliqd assentiat an cedētī illi q̄n assentiat cōsequētī. Patet d: ista deū trinū et vni cognosco. q̄ cognosco deus trinū et. Ad quartū dico q: nō est cōceden dum aliqd vere affirmari de aliqua re et se negari ab alia re. que tamē est vna res nume ro simplicissima et vna res singularissima est quelibet illarū rez nisi vbi fides cōpellit. mo do in pposito quis pater et filiū distinguunt realiter. tū vna res simplicissima est p̄ et fili us. et ideo q̄cqd vni cōpetit competit alteri nisi vbi fides cogit dicere oppositū. sic autē nō est hic. imo magis cōcedit p̄positū. P̄ Augustinū p̄mo de trini. ca. x. ex idēitate pa tris ad filiū probat q: vñ sine alio oñdi non potest simplicit̄ in diuersis locis. ex idēitate ip̄soz. probat q: neuter creat sine alio. Itē eodē modo probabit q: neuter sine alio pot intelligi et. Ad argumentū p̄ncipale dico q: plus repugnat essentie diuine terminare ac tum intelligēdi sine psona q̄ repugnat vni p sone terminare de p̄tentiā nature assumptē sine alia. sicut s̄m beatū Augustinū plus re pugnat vni psonē creare sine alia q̄ incarnari

sine alia. Dico secūdo q: nō est nobis cui dens q: sit maior repugnātia hic q̄ ibi. nec ista repugnātia potest cēdi rāōe natura li. vñ de seclūso articulo fidei p nullā rōnem potest p̄bari q: vna psona potest incarnari sine alia plus q̄ possit p̄bari q: vna pot cre are sine alia et ita in pposito. Dico tamē ter tio q: vñ est tenendū et aliud nō. Et si que ratur vñ cōstat ad hoc dico q: p̄ scripturam factā et determinationē eccle et non aliunde. Dico quarto et hoc sequit et p̄dictis. Q: probabiliter potest cēdi diuinā essentiam terminare de p̄tentiā nature assumptē. pa ter p̄ rōem supra factā cū nō cogat fides ad oppositū vt videtur. Sed de hac materia vi dendū erit in tertio libro. Nec de prima du bitatione. et. **CC** Ad secundā dubita tionem rōndetur et pono quattuor p̄positiōes. Prima est q: nulla rōnalis creatura tene tur magis diligere vñ diuinā psonā q̄ ali am. Patet. q: eadē est bonitas omniū ppter quā debet rōnalis creatura eas diligere. Secunda est q: nulla rōnalis creatura posset siue licite siue illicite magis diligere vñ diuinā psonam q̄ aliā. patet ex dictis i p̄ma dubitatiōe. quia quacūq: dilectōe dili gitur vna diligit alia et loquor de dilectione que terminat de p̄ se et nō de p̄ accidēs ad p sonam diuinā et. Tertia p̄positio est q: tra aliqua causam tenet diligere vñ psonā di uinam ppter quā nō tenet diligere aliā. Op positum dicit aliqd ppter rōem factā p̄po nēdo dubitationē. q: diligo filiū ppter hanc causam q: redemit me. et nō diligo patrē q̄a redemit me et. Sed rō nō valet q: licet non diligā patrē quia redemit me vel q̄a passus aut mortuū est p̄ me. tamen eadē causa q̄ dili go filium. q: scz filiū redemit me. et q: passus et. diligo similiter patrē et sp̄m sanctū. q: fi lius redemit me. q: quantū opatus est filius ad redemptionē tū illi opati sunt. et sic non valet rō. Probatur ergo p̄positio. quia se quitur bñ ppter a. causā diligo filium. ergo ppter eandē causam diligo sp̄m sanctū. et si militer patrē. Itē et. p̄na tenet. et ancedēs patet. s. q: illa p̄na sit bona per illa que dicta sunt in secūda dubitatione. Quarta p̄po sitio est q: nō obstantibz p̄dictis illa eadē cau sa propter quā rōnalis creatura diligit qm liber psonam diuinā. p diuersas p̄positiō nes causales exprimit in cōparatiōe ad aliā

et aliā psonā. Patet. q: vere dicit. diligo filiū quia ip̄e redemit me. et nō diligo patrē. quia ip̄e redemit me. sed quia filiū redemit me. Et hoc probat ratio. et. **DD** Ad tertiā du bitationē sunt diuersi modi dicēdi. Unā di cit vnus doctor. s. magister Gregorius. Q: om̄is actus quo aliquis diligit deū propter ali quid aliud a deo est illicitus viciosus et abusi uus. Et ad hoc facit plures rōes contra vnū alium doctorē qui tenet oppositū. s. eas cau sa breuitatis dimittit. videat eas qui vult. in q. dist. p̄mē. ar. ij. Ad auctoritatē autē p̄sal miste supra inductā respōdet. q: ibi ly prope nō tenetur causaliter ita q: retributō sit cau sa finalis dilectionis vel iustificationis. sed cōsecutiue ita q: iustificationes illas sequit eterna retributio. et sic actus dilectionis dei cōsequitur retributio p̄mū. sed nō debet sic r̄p̄ter intuitū p̄mū s̄m Bern. de diligen do deū. nō sine p̄mū inquit diligit deus. et si absq: intuitu p̄mū diligendū sit. Et eū dem sensum habet glosa ibidē. Sed q: vide tur mihi q: iste modus dicēdi nō euacuat ro taliter difficultatē. Ideo cōtra hoc pbabili ter dicā aliqua. Unde p̄mitto istā distin ctionē. Q: hec dicitio ppter quādoq: capitur cōsecutiue. et tūc denotat ordinē cōsecutiōis vnus rei ad aliā. vt cum dicit. p̄mū daf propter meritū. Nihil em̄ aliud significatur nisi q: post meritū datur p̄mū. et non nisi post meritū sicut alias patebit in materia d: merito. Quādoq: vero capit causaliter. et h̄ dupliciter. q: quādoq: denotat causalitates motiū siue efficientē vt cū d: intellectus as sentit cōclusioni ppter euidentiā p̄missarum. Quādoq: vero denotat causalitatē finalez. vt cū dicit. creatura diligēda est ppter deum. De p̄ma autē significatiōe nō est h̄ difficultas. Sed de alijs pono quattuor p̄positiōes. Prima est q: nulla rōnalis creatura li cite diligit deū propter aliqd aliud ab ip̄o tanq̄ ppter causam efficientē motiū p̄ci p̄sam aut p̄ncipalem. Patet. quia in om̄i dile ctione licita respectu dei. p̄ncipalis causa efficiens motiua debet esse summa bonitas diuina. que est obiectū charitatis sicut i om ni credulitate licita respectu articuli fidei p̄ncipalis causa efficiēs motiua nō debet eē rō seu pbabilitas sed auctoritas diuina que p̄ cipit sic credere. Secūda p̄positio est q: ra tionalis creatura licite diligit deū propter ali quid aliud ab ip̄o tanq̄ ppter causam efficiē

entem motiuam. nō tamē p̄cisam aut p̄ncipalem. Patet quia sicut aliquis licite credit articulum fidei propter rōem seu apparētiā aliquā mouētem. imo sine hoc nō posset credere. vt alias dixi. nō tamē propter hoc p̄cise aut p̄ncipaliter debet credere vt dictū est. sic aliquis diligit deū propter b̄nficia sua et propter retributiōz; eternā tāq̄ propter causam motiuā ad dilectōem. nō tamē p̄ncipaliter aut p̄cise sed p̄ncipaliter propter ipsum mer deū. Un̄ ad hoc videt̄ facere auctoritatē psalmiste p̄dicta. et similiter experientia. q̄ videmus q̄ doctores et p̄dicatores volentes mouere fideles ad dilectōz; dei: mouēt ad b̄nficia creatōis redēptōis. et saluatōis. et cōstat q̄ audientes h̄mōi motiuā accēdūt ad maiore dilectōz; dei p̄ hoc. et nimis eēt durū dicere q̄ in hoc peccarēt. Igitur et

Tertia propositio est. q̄ nulla rationalis creatura licite diligit deū propter aliqd̄ aliud ab ip̄o tāq̄ propter causam finalē p̄ncipalē et simpliciter vltimā. Patet. quia hoc est per uertere ordinē diligēdoz; cum deo et nihil aliud sit simpliciter vltimū finis. Et est vti fruēdis et frui v̄tēdis. que est maxima pueritas s̄m Augustinū et hoc probāt optime ratios et auctoritates p̄dicti doctoris. vt patet in uenti EE Quarta propositio est q̄ beatitudinis creatura licite diligit deū propter aliqd̄ aliud ab ip̄o tāq̄ propter causam finalē. nō tamē p̄ncipalē aut simpliciter vltimā. Un̄ ad declaratiōem ist̄ propositōis i qua difficultas p̄ncipaliter iacet distinguēdū est. Q̄ diligere deū propter aliqd̄ aliud vt puta p̄pter a. tāq̄ propter finē potest dupliciter intelligi. Uno modo q̄ talis dilectōe diligatur deus referēdo seu ordinādo ip̄m i aliud tanq̄ i finem. et tūc dico q̄ talis dilectio est illicita. et est vsus dei et abusus viciosus. et hoc est cōtra illū doctore quē reprobat magister Gregori⁹. quia tenet q̄ aliquis vsus dei est licitus. hoc em̄ sufficēter reprobat ratios eius. Un̄ cū deus et nihil aliud a deo sit simpliciter vltimū finis. et tāq̄ vltimū finis diligēdus. deus nō est licite ordinabilis i aliqd̄ aliud tāq̄ i finem siue vltimū siue n̄ vltimū ideo ois dilectio qua sic referret̄ esset illicita et abusua. quia est amor cōcupiscētie et nō amor amicitie. omis autē amor cōcupiscētie p̄supponit amorē amicitie. ita q̄ quando aliqd̄ diligitur amore cōcupiscētie est aliqd̄ magis amatū amore amicitie. et p̄ p̄ns om̄is

amor cōcupiscētie respectu dei est illicit⁹. igitur. et. Alio modo potest dici vel intelligi deum diligi propter aliqd̄ aliud tāq̄ propter finem. nō sic. quia dilectōe illa referatur deus i aliqd̄ aliud tāq̄ i finem. sed quia illa dilectio referatur seu ordinatur i aliqd̄ aliud tāq̄ i finem. Nō quidē vltimū sed vltimū ordinatū i deum. Et tūc dico. q̄ sic intelligit̄ predicta propositio. et sic aliqua dilectio dei qua diligitur propter aliud tāq̄ propter finem. est licita. et illa n̄ est vsus dei sed fruēdis. licet b̄n sit vsus creature. Verbi gr̄a. Si quis diligit deū sup̄ oia et tāq̄ finem vltimū. referēdo seu ordinādo illam dilectōem i beatitudinem seu felicitatē siue eliciēdo eā propter felicitatē tāq̄ propter finem simpliciter vltimū. sed vltimū ordinatū i deum. Dico q̄ illa dilectio est licita. Q̄d patet. quia ois dilectio v̄tē potest licite ordinari i beatitudinē tāq̄ i finem. non tamē p̄stituēdo beatitudinem tāq̄ finem vltimū sed vltimū ordinādo eā i deum. et diligēdo eā propter deū s̄m bonum. Hec p̄tra hoc valēt rōes vel auctoritates quas magister Gregori⁹ facit. sed solum probāt p̄mā et tertiā propositōes et nihil facit p̄tra secundam vel tertiā p̄tra quartam intellectam modo p̄dicto. sicut patet et. Si autē dicatur cōtra id q̄d modo dictū est. q̄ beatitudo n̄ est finis vltimū. et. quia dicit p̄bus q̄ felicitatē null⁹ eligit propter aliud. igitur beatitudo est finis vltimū quo fruēdū est Ad hoc vno modo potest dici. q̄ p̄bus de dilectione dei et beatitudie imperfecte loquitur quia eā solūz v̄mbratice somniat. Alio modo potest dici q̄ beatitudo siue felicitas tripliciter potest sumi. Uno modo p̄ obiecto beatificāre. et sic est v̄tē q̄d dicit philosoph⁹. Alio modo p̄ beatitudie n̄ sic obiectiue. sed formaliter nos p̄ficiēte et ista est creatura et diligēda propter aliud sc̄z propter deū. Tertio modo p̄ beatitudie cōp̄hēdēte beatitudinem p̄mo modo dicta. et similiter secundo modo. et omia ad statum beatitudis pertinentia que multa sūt vt alias videbitur. Et sic sumit Augustin⁹ cū dicit. Beatus est q̄ habet quiddā vult et nihil malū vult. Et similiter Boecius dicit. q̄ beatitudo est stat⁹ oim̄ bonorum aggregatiōe perfect⁹. et sic loquendo patet q̄ beatitudo n̄ est propter aliud diligēda. q̄ includit deū. sed secūdo modo intelligit̄ q̄d dictum est. Et hec de dubitatiōe tertia et toto tertio articulo.

Distinctio Secūda.

A
Intra secundam

distinctiōne huius primi in qua magister ostēdit vnitatē dei. s̄or mo istam questiōne. Utrū nobis sit euidenter notū in vniuersitate entū vnū esse deum Arguitur p̄mo q̄ nō. quia nō est nob̄ naturaliter cognoscibile deus esse. igitur q̄stio falsa. Patet p̄na et āns probat. quia noticia propria deitatis nō est nobis naturaliter possibilis. Nam si sic vel esset intuitiua vel abstractiua a sufficiēti diuisione. Nō prima q̄ illa solū est sup̄naturaliter cōmunicabilis nec secūda eo q̄ ip̄a p̄supponit primā Et cōfirmatur. quia deus nō est a nobis sensibilibus. ergo nec naturaliter intelligibilis. āncēdens patet. p̄na probat. quia ois nostra naturalis cognitio intellectiua depēdet ex sensitiua. vt habet p̄mo posterior. et. Secūdo quia illud nō est nobis p̄ se notū q̄d pot̄ esse naturaliter dubiū. et cui⁹ possumus credere oppositū. sed sic est de ista p̄positōe Deus est. iuxta illud ps̄. Dixit insipiens in corde suo. n̄ est deus. igitur et. Et cōfirmatur auctoritate Auicēne p̄mo methaph. dicētis. Q̄ deus esse nec est manifestū p̄ se nec desperatū manifestari. Igitur et. Tertio quia nō est nob̄ euidēter notū tantū vnū esse deū. igitur nō est p̄ se notū aliquid esse deū. p̄na tenet. quia p̄ deū nihil aliud intelligimus q̄ vnū ens summū in entib⁹. Igitur cui⁹ nō possit esse nisi vnū summū bonū si esset p̄ se notū aliqd̄ esse deū euidēter. sequer̄ t̄m vnū esse deū. quare et. Et āncēdens p̄batur quia dicēti q̄ sunt tres d̄i nō potest euidēter p̄bari oppositum plus q̄ dicēti q̄ sunt tres p̄sone quaz̄ quelibet est deus possit oppositū euidēter probari. quare et. Cōfirmatur. q̄ t̄m vnū esse deum est articulus fidei. igitur nō est euidēter notū nec euidēter potest p̄bari. p̄na tenet q̄ fides est argumētum nō apparētiū. Ad Hebr̄. xi. In oppositū arguit. q̄ nobis est p̄ se notum illud esse q̄d nō potest cogitari nō esse. q̄ esse est de quidditate rei. et p̄ p̄ns nō potest cogitari deus q̄n cogitetur esse. Cōfirmat. p̄ deum intelligim⁹ necesse eē. sed nō possumus cogitare necesse esse non esse. quare et. In ista questiōne erūt tres articuli iuxta tria argumenta ān oppositū questiōnis. Prim⁹ est utrū nobis sit naturaliter notū deum esse.

Secūdos vtrū nobis sit p̄ se notū deum esse Tertius vtrū nobis sit euidēter notū tantū vnū deū esse Circa p̄mū articulum p̄mo videbit̄ quid sit noticia siue cognitio. Secundo qualis noticia nobis sit naturaliter possibilis de deo. Tertio instabitur p̄tra dicta multiplici argumēto.

Quantū igitur ad p̄mū articulum p̄mo videndū est q̄d sit noticia siue cognitio. Un̄ potest sic describi. Noticia est act⁹ aliquid re p̄sentis potētie vitaliter p̄ceptiue. Vel sic. Noticia est act⁹ vniēs potētiā p̄ceptiua vitaliter cū obiecto. Et capio hic act⁹ nō pur̄ distinguitur p̄tra habitū. s̄. pro illo quo potētia vitalis formaliter p̄cipit. Un̄ apparet q̄ nulla res est noticia nisi s̄m habitudinē quā habet ad potētiā vitalē p̄ceptiua. Ideo ad maiore declaratiōne p̄dicte descriptionis et ad euidētiā hui⁹ materie. vident de sunt hic tres difficultates satis viles.

Prima erit p̄ quid siue p̄ quā habitudinē cōueniat alicui rei esse noticia siue cognitio. Secūda vtrū aliqua noticia possit alicui esse magis vel min⁹ noticia q̄ sit essentialit̄ perfecta. Tertia vtrū diuina essentia possit esse intellectui creato formalis noticia.

Ad p̄mam difficultatē pono quatuor propositōes. Prima est q̄ nulla qualitas seu quēuis d̄ genere accidētis essentia. est intrinsece et essentialiter noticia. Probat quia quelibet talis potest esse et nō esse noticia. Igitur et. p̄na tenet p̄ q̄d nois. quia illud dicit intrinsece et essentialit̄ tale q̄ sic est tale q̄ nō stat ip̄m esse et nō esse tale. Sicut bō i intrinsece et essentialit̄ d̄ rationalis quia bō n̄ potest esse et nō esse rationalis. Āncēdens patet. quia q̄d cūq̄ accidēs si esset siue s̄bictō. vel etiā in s̄bictō nō vitaliter p̄ceptiua ip̄z nō esset noticia et. Et hoc ergo patet q̄ nullum accidēs est noticia per denotatiōem intrinsecā sed solū extrinsecā et. Secūda propositio est. Q̄ nullus accidēs est noticia alicui per hoc p̄cise q̄ est ab illo causaliter effectiue. Probatur. quia stat ip̄m causari seu fieri ab aliquoz ip̄m nō esse illi aut alteri noticiam. Igitur p̄cise p̄ hāc habitudinē nō cōuenit sibi esse noticiam. cōsequētia patet. et āncēdens apparet quia si deus sol⁹ causaret illū et nihil aliud. illū n̄ eēt alicui noticia. et sic ex causalitate efficiētie p̄me causendō capiat q̄ sit noticia. et per cōsequens nec etiā ex causalitate effectiua alicuius creature. quia cau-



salitas dei effectiua nō minus potest dare ta-
 lez denomiatiōe q̄ causalitas effectiua cre-
 are potētie. Itē obiectū cognitū ipam noti-
 ciam causat t̄ tamē clar est q̄ nō prop̄ hoc
 capit ipa noticia talē denomiatiōe. Igitur
 nec p̄cise propter hoc q̄ ipm causat potētia
 perceptiua. rē. Tertia propositio est. Q̄
 nullū accidēs est noticia per h̄ p̄cise q̄ est i
 alio formaliter inhesibile. Probat. q̄ si tale
 accidēs informaret subiectū nō viuēs nō ef-
 fet noticia vt patet. Igitur ista denomiatio
 non cōuenit sibi p̄ hoc p̄cise q̄ informat ali-
 quod subiectū seu inheret alicui subiecto. q̄
 pendēdo ab eo i genere cause materialis seu
 suū esse sibi intrinsece formaliter cōmunicā-
 do. Itē nulla forma suo subiecto formali cō-
 municat p̄ informatōem intrinsecā p̄cise
 illud q̄ nō habet i se extrinsece. sed nulla for-
 ma habz i se intrinsece vt sit noticia. igit̄ nul-
 la talis p̄ informatōem intrinsecā p̄cise com-
 municat suo subiecto q̄ sit cognoscēs. t̄ per
 p̄ns nec per hoc p̄uenit sibi vt sit noticia si-
 ue cognitio. Minor patet ex p̄ma propositi-
 one. Maior aut̄ apparet per q̄d nois infor-
 matiōis intrinsece. Nam p̄ informare intrin-
 se nō intelligo aliud nisi c̄care alicui p̄ce-
 tiue illud q̄d aliquid p̄ns. abstractiue. sicut
 anima que est abstractiue v̄ta cōicat corpori
 q̄ sit viuēs. Quarta propositio est q̄ q̄libet
 accidēs q̄d est noticia p̄ hoc est noticia p̄-
 cise q̄ est a potētia vitaliter perceptiua effecti-
 ue t̄ est i ea informatiue. Probat. quia li-
 cet nullū istoz p̄cise sufficiat vt satis patet
 p̄ predicta tamē vtrūq̄ simul requirit t̄ suf-
 ficat vt aliquid a accidēs sit noticia. igit̄. p̄na
 patet. S3 ad declaratiōem antecedētis po-
 no quattuor propositōes. D̄ Prima est q̄
 ad hoc q̄ accidēs sit noticia nō sufficit s3 bñ
 requirit q̄ sit effectiue a potētia vitaliter pec-
 ptiua. Patet. q̄ em̄ hoc n̄ sufficit apparet sa-
 tis ex secūda propositiōe p̄cipali. Itē ad hoc
 q̄ aliquid sit noticia requirit q̄ sit i potētia
 vitaliter perceptiua. aliter oporteret dicere q̄
 esset possibile q̄ aliquid accidēs existēs i ac-
 rez nō existēs i intellectu eēt ipi intellectui no-
 ticia q̄d est absurdum. Igit̄ sequit̄ q̄ ad hoc
 q̄ accidēs sit noticia nō sufficit s3 bñ requiri-
 tur q̄ sit effectiue a potētia vitaliter percepti-
 ua. nā si esset ab ea t̄ nō in ea non eēt noticia
 Sed q̄d hoc requiratur p̄suaderi potest sed
 nō demonstrari. Un̄ arguo sic. quia si nō. rē.
 sequitur q̄ lapis vel aliud quodlibet obie-

ctum sufficiēter p̄ratum intellectui possit
 bi esse noticia de seip̄o. ita bñ sicut qualitas
 producta i intellectu ab obiecto. hoc aut̄ vi-
 detur absurdū. sed p̄na patet. q̄ nō apparet
 ratio de vno magis q̄ de alio nisi quia tale
 obiectū licet sit p̄ns intellectui tamē nec ē nec
 esse potest sibi cognitio. quia nō potest eē ef-
 fectiue ab eo. nō sic aut̄ est de ipa noticia.
 Si vero dicatur q̄ alia est ratio sc3 quia ta-
 le obiectū nō potest informare talem intellē-
 ctum sicut potest ipa noticia. ita q̄ diceretur
 q̄ noticia est noticia p̄ hoc q̄ ipa est sic suffi-
 ciēter p̄ns potētie perceptiue q̄ ipa informat
 ipam. aut propter hoc q̄ ipa formalit̄ actu-
 at subiectū vitale t̄ n̄ quia est ab eo effectiue
 Sicut cū habemus oculos apertos t̄ albe-
 do est i p̄spectu nostro n̄ est possibile q̄n v̄-
 deamus albedinē t̄ hoc n̄ est nisi quia potē-
 tia vitaliter perceptiua est iformata visioe. igit̄
 tur. rē. Ad hoc dico q̄ habitudo informa-
 tionis siue causalitatis formalis ad hoc n̄ suf-
 ficat sed requiritur habitudo causalitatis ef-
 fectiue. Un̄ q̄uis n̄ eēt possibile rem talem i
 formare potētiā perceptiua t̄ ipam n̄ eēt sibi
 noticiam. n̄ tamē sequitur q̄ istam denomi-
 natiōez capiat p̄cise per hoc q̄ informat ta-
 lem potētiā. sed simul p̄ aliud inseparabilē
 cōcurrēs quādo talis res talem potētiā i-
 format. Sicut licet n̄ sit possibile formam
 aliquod subiectū actuare q̄n subiectū sit effe-
 ctus talis forme i genere cause formalis. nō
 tamē sequitur q̄ illud subiectū sit effecti-
 uis forme i genere cause efficiētis. sed solum
 effectus formalis vel forte nullo modo ē et̄
 effectus fm̄ illos qui ponūt q̄ subiectus for-
 male n̄ est effectus formalis ipm forme s3 to-
 tum cōpositū. Igitur rē. Sic ergo potest di-
 ci probabiliter licet hoc n̄ possit p̄bari euidē-
 ter vñ alia opinio videtur valde probabilis
 sed tamē ista probabilior t̄ magis p̄sona do-
 ctrine paripatheticoz. quia cum intelligere si-
 ue cognoscere sit perfectiōis. ista perfectiō ē
 magis attribuēda potētie perceptiue fm̄ rōez
 efficiētis siue agētis. q̄ fm̄ rōem subiecti si-
 ue patiētis cum ceteris paribz perfectiō sit
 agere q̄ pati. t̄ efficere q̄ iformari. Igit̄. rē.
 Secūda p̄p̄ est. Q̄ ad hoc q̄ accidēs sit
 noticia n̄ sufficit sed bñ requiritur q̄ sit in-
 formatiue i potētia vitaliter perceptiua. pa-
 tet. Q̄ em̄ hoc n̄ sufficit apparet satis ex ter-
 tia propositiōe p̄cipali t̄ ex immediate dicta
 Sed q̄d hoc requiratur p̄suaderi potest

q̄ vt iam dictū est ad hoc q̄ aliquid accidēs
 sit alicui potētie perceptiue noticia. nō sufficit
 q̄ sit ab ea. nisi etiā sit in ea. Igitur rē. Si
 vero dicatur q̄ sufficit q̄ sit ab ea t̄ etiā sit
 in ea p̄ inexistētiam seu coexistētiam t̄ nō re-
 quiratur q̄ sit i ea p̄ informatiōem intrinsecā
 Ad hoc dico q̄ nō sufficit. t̄ q̄uis hoc non
 posset euidēter probari. potest tamē proba-
 biliter cōcludi. Un̄ arguo sic. Pono q̄ sunt
 duo angeli siue duo intellectus localiter se-
 parati. a. t̄ b. t̄ videat vnus alium. ita q̄ a.
 agat visioē seu cognitionē sui in b. t̄ sic cer-
 tum est q̄ illa visio nō est ipi a. cognitio q̄uis
 sit ab eo. Si ergo deus poneret a. t̄ b. in eo-
 dem loco. nō tamē sequit̄ propter hoc q̄ illa
 visio esset ipi a. cognitio magis q̄ ante. Igi-
 tur ad hoc q̄ ipa sit sibi cognitio. nō sufficit
 q̄ sit ab eo t̄ q̄ sit in eo p̄ talem coexistētiam
 sed requiritur q̄ sit in eo p̄ informatiōem in-
 trinsecā. E Tertia propositio ē. Q̄ ad h̄ q̄
 accidēs sit noticia nō sufficit nec requiritur
 q̄ sit inhesiue in potētia vitaliter perceptiua
 Patet. q̄ em̄ hoc nō sufficit apparet ex p̄di-
 ctis. rē. Sed q̄d nō requiratur p̄suadeo.
 Pro quo sciēdum est. Q̄ differētia est in-
 ter inexistere. informare. t̄ inherere. vnde li-
 cet cōueniāt per esse in. differūt t̄ q̄n q̄d nō
 omē q̄d inexistit alicui informat illud. Si-
 cur patet de deo qui inexistit cuiuslibz rei t̄ t̄n̄
 nullam informat. Similiter nō omē quod
 informat inheret. sicut patet de intellectu hu-
 mano qui informat corp̄ rē. t̄ tamē nō inhe-
 ret ei. q̄ inherere vltra informare requirit q̄
 illd q̄d inheret alicui subiecto depēdeat ab
 ip̄o in genere cause materialis. sic autē non
 est de intellectu cū nō sit eductus de potētia
 materie sed creatus. Sed de hoc alias i ma-
 teria de creatōe. t̄ causalitate formali t̄ ma-
 teriali dicat. Dico igitur Q̄ ad hoc q̄d ali-
 quod accidēs sit alicui intellectui noticia n̄
 requiritur quod educatur de potētia sub-
 iecti seu q̄ educat vel dependeat a subie-
 cto causalitate materiali. Nam si tale sit a po-
 tentia intellectiua effectiue. t̄ sit in ea infor-
 matiue. hoc sufficit. Si vero dicatur q̄d nō
 est possibile. quia corp̄ q̄d aliquid accidēs
 est ab intellectu effectiue. t̄ est in eo informa-
 tiue. sequit̄ q̄d est i eo sic q̄d educitur de po-
 tentia ip̄i subiecti t̄ depēdet ab eo propria
 causalitate materiali. t̄ p̄sequēs inhesiue.
 Aliter sequitur q̄d intellect̄ possit creare rē
 Ad hoc dico q̄d nō habeo p̄ in cōueniēti.

q̄d intellectus seu alia creatura possit crea-
 re isto modo. Q̄d qualiter sit verum decla-
 rabo in quarto libro. rē. Quarta pro-
 positio est. Q̄ ad hoc q̄d accidēs sit noticia suf-
 ficat t̄ requiritur q̄d sit a potētia vitaliter p̄-
 ceptiua causaliter effectiue t̄ in ea formalit̄
 ter intrinsece. Patet ex predictis. t̄ ex his pa-
 tet quarta propositio p̄cipalis. F
 Ex predictis sequitur aliqua. Primo
 sequitur cōtra vnū doctoz q̄d oē accidēs
 quod est noticia capit vt sit noticia per habi-
 tudinē proprie causalem t̄ proprie effectua-
 lem ad potētiā vitalem. Patet ex dictis. q̄a
 capit per hoc q̄d est ipi potētie vitaliter per-
 ceptiue causa formalis. t̄ est effectus ip̄i vt
 cause efficiētis vel agentis rē. Secūdo
 sequitur contra eundē q̄d nullū accidēs po-
 test esse noticia per aliquem habitudinē ad
 potētiā vitalem. aliam q̄ per causalem t̄ effe-
 ctualem. Patet. quia nō est imaginabil̄ alia
 habitudo. rē. Undelicet doctoz tenens op-
 positum dicat q̄d noticia nō capit hanc de-
 nominationē p̄ hoc q̄d intellectus efficit eā
 t̄ q̄d informat eam sed per hoc q̄d vitaliter i-
 mutat intellectū. tamē nō efficaciter probat
 vt patz ex dictis. nec sufficiēter explicat qua-
 lis sit ista habitudo seu quid est vitaliter im-
 mutare nec videtur hoc explicabile nisi tenē-
 do viam p̄dictam. rē. Igit̄ rē. Tertio seq̄-
 tur q̄d deus non potest se solo in intellectu
 creato aliquā cognitionē vel volitionē cau-
 sare ip̄o nō cōmunicāte vel coagente. De
 cognitionē patet ex predictis. sed de volitio-
 ne patet p̄ simile. quia n̄ videtur ratio diuer-
 sificatiōis. rē. Quarto sequitur q̄d hoc nō ob-
 stante omnē cognitionē vel volitionē potest
 deus causare ip̄o intellectu creato non co-
 gente. Patet. Quia quidquid deus potest
 causare cum causa secunda potest se solo.
 rē. Verū est tamen q̄d t̄nc talis res non essz
 cognitio vel volitio. rē. Exēplum oēm actū
 meritorii potest deus p̄ducere sine creatu-
 ra p̄currēte. rē. sed t̄nc talis actus nō essz me-
 ritorius. rē. Ex his ergo patet quid sit co-
 gnitio t̄ p̄ quā habitudines p̄ueniat sibi hec
 denomiatio. Nec de p̄ma. rē. S Ad secū-
 dam difficultatē etiā pono aliquas p̄p̄es.
 Prima q̄ omis noticia seip̄a est simul ob-
 iecto ab ea distincto t̄ p̄ ipam cognitio. Pa-
 tet quia nisi esset similis non plus rep̄taret
 vnū obiectū ipi potētie q̄ aliud. q̄d est fal-
 sum vt patet. Q̄d seip̄a sit illis obiecto appa-



ret. quia alias ipsa non repñtaret directe et i mediate ipm obiectum. imo magis illud per qd esset similis obiecto qd supponit esse falsum. Secunda propositio est q licet aliqua noticia seipsa seu sua pfectioe intrinseca sit magis similis vni obiecto q alia tamē noticia et obiectū nō pñt esse magis vel minus seipsis similia q de facto sunt dum existūt in reruz natura. Prima pars patet. quia noticia p pria et intuitiva alicui obiecti est magis similis obiecto q generalis et abstractiva. Secunda pars patet de se. quia nulla duo entia seipsis similia pñt esse magis vel minus similia seipsis q de facto sunt sicut nō pñt esse maioris vel minoris pfectiois essentialis q de facto sunt. Tertia propositio est. q nulla noticia potest esse magis de aliquo noticia: q ipsa sit illi obiecto seipsa similis dum obiectum est vel foret similis si obiectū esset. et sic nō potest magis esse de aliquo noticia q ipsa sit intrinsece et essentialiter pfecta. Patet clare et predictis. Quarta propositio est. q noticia potest minus esse de aliquo noticia. q ipsa sit seipsa siue p suam essentia similis suo obiecto. et sic potest min⁹ esse noticia q sit qd dicitur pfecta. Patet. quia aliqua noticia alicui intellectui potest esse ita magna q alteri nō posset esse alicuius magna et tamē vtriusq potest esse noticia. Igitur et. Cōsequētia patet et antecedēs apparet. q aliqua noticia intellectui angelico potest esse ita magna q intellectui humano nō possit equaliter esse magna cum ipse sit minoris capacitat⁹ vitalis. et tamen illa vtriusq potest esse noticia. quia de facto noticia est vni et posset alteri applicare i oīno simili habitudine. igitur et. Si sō dicat q illa noticia minori intellectui nō possit esse noticia sed bñ maiori. Cōtra hoc arguit. q sequit⁹ aliqua visio dei etiā creata esset vel esse posset ita magna q aīa xpi nō posset videre p eā etiā sub quocūq gradu. et tñ angelus supior bñ posset qd videt absurdū et cōfirmat. q excellēs intelligibile nō corrum pñt intellectū. igitur p quacūq cognitioz qñtū cūq pfectā potest intellect⁹ cognoscere qñtū cūq sit pue capacitat⁹ qñs nō cognoscat p eā fm totā latitudinē illē q fm capacitatē suā. et. S; ptra illud quod dictū ē et qd supponit tota ista imaginatio insatur. pbādo q aliqua sit noticia que nō est similis obiecto. quia aliqua est noticia p se ad placitū vel p se solā institutionē volūtariam re-

presentās aliqd obiectū. Igitur et. pñta patet. quia non videt q p liberā impositionē illud qd nō est simile obiecto fiat sibi simile. Et antecedēs apparet de pceptu hui⁹ vocis homo q licet repñtetur naturalit⁹ istā vocē homo. ad placitū tamē repñtat Sortē et platonē et omnes hoīes qd nō est similis. Ad hōimūsis alijs modis dicēdi. Rūdeo breuit⁹ q pceptus hui⁹ vocis hominē loquēdo non est noticia hoīs nec repñtat hoīem sed p cōsuetudinē est quedā colligātia seu mutua cōcomitātia iter pceptū naturalē hoīs et cōceptum hui⁹ vocis homo ppter quā vno cōceptu moto p obiectū suū. i. qñ audis istā vocē homo. statim mouet alī pcept⁹ siue spēs naturalis hoīs. et sic obiectū ei⁹ cognoscit. non qdem p spēm illē vocis s; p ppiam spēm. Et q ita sit patet. q si de pderet ipēs naturalis hoīnis. iā spēs illē vocis hō nullo modo representaret hoīem et. Ad tertiam difficultatem pono aliquas propositiones. Prima est q nō est ita de facto q diuina essentia sit intellectui creato formalis noticia. Patet p extrauagātem domini bñdicti. et. Secunda est q nō est ita de facto q de vel spūs sanct⁹ sit volūtati create charitas formalis siue dilectio. Sequit⁹ et p ma p simile. et i hoc nō tenetur magister ad doctorib⁹. et. Tertia est q nō est possibile q diuina essentia sit formalis noticia intellectui creato vel volūtati create formalis dilectio. Et hoc est ptra vñū doctorē q tenet oppositum. Etia patet q cum nō sit de facto verūctum est si esset possibile ita esse. sequit⁹ q aīa xpi pfect⁹ posset cognoscere et diligere deum q faciat de facto et pfectius posset beatificari q de facto sit. Cōsequētia est absurdū et. et pñta patet. q pfect⁹ esset diligere et cognoscere et beatificari p diuinā essentia formaliter. q p aliquā creaturā informātes accidentalis. et. Quarta est q nō est nobis cui dens vel euidenter demonstrabile esse impossibile q diuina essentia sit formalis noticia intellectui creato vel volūtati create formalis dilectio. Patet. quia licet dictū sit q ad hoc q aliquod accidēs sit noticia requirit⁹ q sit effectiue a potētia vitalit⁹ pceptiua et q sit sibi forma. tamē hoc non est euidenter imo bene dicit⁹ q oppositū est probabile. Itē supposito q hec habitudo requireret ad hoc q aliqua res creata esset alicui noticia vt videtur probabile. tamē p hoc nō haberetur q ita sit d no-

cia increata. Sicut quis sit probabile. q nulla potētia pceptiua creata possit cognoscere seipsam aut aliquā rem aliā p suā essentiam. tamē ppter hoc nō negat qn diuina potētia pceptiua hoc possit. et. Igitur Si ergo aliquis dicat sicut tenet qdam doctor. q ad hoc q diuina essentia sit noticia intellectui creato nō requirit⁹ intrinseca informatio ipsius potētie cognoscētis nec effectiua pductio ipsi⁹ noticie. sed sufficit q sit pñs potētie cognitiue tāq spēs cognoscibil⁹ ipam potētiā vitalit⁹ immutās. et q diuina essentia absolute potest se habere i tali habitu dine. et. nō video q hoc possit euidenter improbari. sed oppositum apparē probabilius propter dicta. Et hec de primo primi articuli. **I** Dis premissis videndū est qualis noticia sit nobis naturaliter possibilis de deo. Circa qd pmittam tres distinctōes. deinde ponam tres pclusiones. Prima distinctio est q noticiaz nobis possibilium quedam est sensualis. alia intellectualis. Voco autē sensualem oēm noticiā ad quā causandā p se pcurrit virtus aliqua sensitiva. aut aliqd existens i ipsa. Intellectualē vero voco omnem noticiā intellectus. siue omis noticia sensualis hominis sit intellectualis siue nō. de quo aliter et aliter est dicendū fm aliam et aliam opiniōē de distinctiōe et identitate potētiarū anime. sed de hoc alias. Harū autē noticiaz tam scz sensualium q intellectuum quedā est simplex et incōpleta. alia vero complexa. Complexarū autē alia distans vt propositio vera aut falsa. Alia indistans. vt oratio que nec est vera nec falsa. loquēdo de veritate cui opponitur falsitas. Qualiter autē debet intelligi ista complexio in oratione mentali. alibi declarauit. Sed q noticia sensualis possit esse complexa sicut et intellectualis patet. quia animalia bruta in qbus nō est noticia intellectualis habēt aliquā noticiā complexā de sensibilib⁹. quod apparet. quia aliquādo videmus vñū brutū apprehendere aliquod sensibile sicut panem et moueri ad ipsum. aliquādo vero apprehendere idem et nō moueri ad illud. ergo motus iste cū sit per appetitū naturalē. et talis appetitus q sequitur apprehensionem presupponit preter simplicē apprehensionem rei sensibilis noticiā complexā. q iudicat talē rem esse sibi vtilē et bonā. Ad hoc est etiā experiētia

multiplē et specialit⁹ de canib⁹ venaticis. Et p hoc est auctoritas Auicēne. vj. naturalium. pte. iij. c. pmo. vbi probat i brutis esse sensum cōmunē. Videm⁹ etiā quedā bruta eē disciplinabilia. disciplina sō nō fit sine cōpleta noticia. Nec valet rō quā facit Adam dicēs q fm hoc in talib⁹ brutis esset intellectus practicus et deberēt talia vocari rōnabilia. Hoc etiā nō sequitur loquendo ad sensū in quo dicimus hominē esse rōnālē et habere intellectū practicū. quia homo nō tantum habet singularia iudicia. sed etiā vniuersalia. nec tantū circa sensibilia rōnālē. similiter intellectus practicus nō solum ex singularibus. sed et altera vniuersali quando cōsiliatur. Et propter hanc differētiā et multas alias illa pñta non valet. Si tamē quis vellet vocare illa rōnabilia nomia sunt ad placitū et in pura obediētia. sic etiam vnus alius volēs vocare omnia cognoscētia rōnabilia. posset negare a brutis omnē cognitionē etiā simplicē et inferre. qd alias ipsa essent rōnabilia. quare et. De noticia autē sensuali siue simplici siue complexa nō plura dico. quia magis spectat ad naturales phos et medicos. et quia satis notum est q talis nō est nobis naturaliter possibilis de deo. ideo de intelligibili dicendū est hic. et. **R** Secūda distinctio est q duplex est noticia incōpleta nobis possibilis. quaz vna solet vocari abstractiua. alia intuitiua. Duplicit⁹ aut potest accipi noticia abstractiua vno mō qd est respectu alicui⁹ abstracti a multis singularib⁹. et sic cognitio abstractiua nō est aliud q cognitio alicui⁹ vniuersal abstractibil⁹ a multis singularib⁹. Alit⁹ accipitur cognitio abstractiua fm qd abstrahit ab existētia et nō existētia et ab alijs p ditionib⁹ q ptingent accidūt rei vt pdicant de re. nō q aliqd cognoscat p noticiā intuitiua qd nō cognoscat p abstractiua. s; idē totalit⁹ et sub oī eadē rōe cognoscit p vtrāq. s; distinguūt p istum modū. q noticia intuitiua rei est tal⁹ noticia. virtute cui⁹ potest sciri vtrum res sit vel nō sit. ita q si res sit virtute eius statim cognoscitur euidenter rem esse. et similiter si esset talis noticia p diuinā potētiā cōseruata de re nō existēte virtute illē noticie euidenter cognosceret re nō esse nisi forte h impediat ppter imperfectōem ipsi⁹ noticie. Hā aliquid pte imperfectōis ipsi⁹ noticie intuitiue. qz ē vald remissa



et obscura vel propter alia impedimēta et p
te obiecti vel mediū vel alterius potest con
gere q̄ vel nulle vel pauce veritates congingē
tes de re sic intuitiue cognita p̄nt cognosci. s̄
quādo est sufficiēter perfecta virtute ei⁹ po
test euidenter cognosci existētia vel nō existē
tia rei vt dictum est. Similiter quādo aliq̄
res intuitiue cognoscitur quāz vna inheret
alteri vel vna distat loco ab altera: vel alio
modo se habet ad alteram statim virtute il
lius noticie incomplexe scitur si res inheret
vel nō si distat vel nō. et sic de alijs veritatib⁹
cōtingētibus. et vniuersaliter om̄s noticia
incomplexa virtute cui⁹ potest euidenter co
gnosci aliqua veritas congingēs maxime de p̄
senti est noticia intuitiua. Noticia autē ab
stractiua est illa. et tunc cui⁹ de re existēti nō
potest sciri euidenter vtrum sit vel nō sit. Et
per istum modū noticia abstractiua abstra
hit ab existētia et nō existētia. quia nec per ip
sam potest euidenter sciri de re existēte qd̄ ex
istit. nec de nō existēte qd̄ nō existit per opposi
tum ad noticiā intuitiuā. Similiter per no
ticiā abstractiuā nulla veritas congingēs ma
xime de p̄nt potest euidenter cognosci: sicut
de facto patet. quia quādo cognoscitur sor
tes et albedo eius i absentia sortis noticia ab
stractiua incompleta. virtute illius noticie n̄
potest sciri q̄ Sortes est nec q̄ nō est nec q̄
est albus nec q̄ nō est albus nec q̄ distat a ta
li loco vel nō. et sic de alijs veritatib⁹ congingē
tibus et tamē cōstat q̄ iste veritates p̄nt eu
denter cognosci. om̄s autē noticia comple
xa vltimate reducitur ad noticiā incomplexā
terminorum. Igitur illa noticia incompleta et tunc
ei⁹ p̄nt ille veritates euidenter cognosci erit noti
cia intuitiua et ista ē noticia a q̄ incipit noticia
perimētalis. qz vniuersaliter ille qui potest
accipere experimētum de aliqua veritate con
tingēte et mediāte illa de aliqua veritate ne
cessaria habet aliquā noticiā incomplexā et
aliquo termino quā nō habet ille q̄ nō potest
sic experiri. Et ideo sic fm̄ p̄m̄ p̄mo metha
pbi. et scdo posterior. sciētia istoz sensibilib⁹
que accipit p̄ experientiam incipit a sensu. id ē.
a noticia sensitiua intuitiua istoz sensibilib⁹
ita vniuersaliter noticia sciētifica ipozū pu
re itelligibiliū accepta p̄ experientiam incipit
a noticia intuitiua intellectiua ipozū itelligibili
um. **L** Ex istis sequitur aliquę positi
ones. Prima est q̄ noticia intuitiua et ab
stractiua nō differūt p̄ obiecta. s. qz abstra

cta potest esse indifferēter existēti et nō ex
istēti p̄ntis et nō p̄ntis. intuitiua t̄m̄ existēt.
et p̄ntis realiter. sicut multi imaginātur. sine
quia abstractiua nō attingit obiectū i se sub
perfecta rōe. sed tantum i quādā similitudine
diminuta. intuitiua autē attingit obiectum in
se et sub perfecta rōe. vt dicit vnus doctor.

Primū patet quia obiectum in quātū ter
minās aliquā noticiā habet respectu illi⁹ ra
tionē cause aut nō. Si sic cum nō possit ha
bere rōem nisi cause efficiētis. vt patet. sequi
tur q̄ illa noticia potest fieri sine illo obiecto
quia quiddā deus potest p̄ causam efficiētē
mediā potest immediate se solo. Si nō argui
tur sic. om̄s effectus sufficiēter dependet ex
suis causis. ita q̄ illispositis omnibus alijs
circumscriptis potest sufficiēter poni effect⁹
Igitur si obiectum noticie intuitiue in quātū ter
minās nō habet rōem cause respectu illius
si tale obiectū in quātū terminās simpliciter
destruatur fm̄ oēm existētiā sui realem po
test adhuc poni ipsa noticia intuitiua et per cō
sequēs ipsa fm̄ se et necessario nō plus est ex
istentis q̄ nō existēti p̄ntis q̄ nō p̄ntis. et.

Secūdam patet. quia idem totaliter sub
eadem rōe a parte obiecti est obiectum intui
tiue et abstractiue nec potest aliquid cogno
sci intuitiue quin possit cognosci abstracti
ue. Secūda propositio est. q̄ noticia intui
tiua et abstractiua nō differūt per rātes mo
tius formales siue per quascūqz suas cau
sas. scilicet quia i cognitōe intuitiua res ipso
pria existētia est motiua per se obiectiue et in
cognitiōe abstractiua est aliquid motiui
in quo res habet esse cognoscibile. sicut di
cit idem doctor. siue quia i ipsa intuitiua ob
iectum mouet vt p̄nt in propria existētia.

In abstractiua vero obiectum mouet vt p̄
sensu in aliquo ipum representante. sicut ponit
idem. Patet totum. quia sicut iam tactū est
deus per idem totaliter potest causare vtrū
qz noticiā nec requiritur simpliciter q̄ rō
moueat i propria existētia. etiam obiectiue.
nec q̄ sit p̄ntis. et. Verum est tamē q̄ natura
liter noticia intuitiua nō potest esse sine ex
istentia rei. que est vere causa efficiēs ei⁹ me
diata vel immediata. Abstractiua autē po
test esse naturaliter ipsa re nota simplici de
structa. Sed tamē per hoc nō differūt for
maliter iste noticie. sed seipsis differūt.

D Pro cui⁹ maiori declaratiōe sit b
tertia p̄o. q̄ noticia intuitiua tā sensitiua q̄

intellectiua potest simpliciter et absolute ef
se et de re nō existēte. probatur aliter q̄ p̄ntis
quia ois res absoluta distincta loco et subie
cto ab alia re absoluta. potest p̄ diuinā potē
tiam absolutā existere sine illa. Nō em̄ vide
tur verisimile q̄ si de⁹ vult destruere vnā rez
absolutā existētem i celo q̄ necessitatur de
struere vnā aliam existētem i terra. Sed vi
sio intuitiua tā sensitiua q̄ intellectiua est res
absoluta distincta loco et subiecto a suo obie
cto sicut si videā intuitiue stellā in celo. ergo
ita visio potest manere stella destructa. Et
firmatur. quia de⁹ habet noticiā intuitiuam
oium siue sint siue nō sint. et ita euidenter co
gnoscit res nō esse que nō sunt sicut res eē q̄
sunt. Igitur et. Quarta propositio est. q̄ i
tellect⁹ noster p̄ statū isto intuitiue cognoscit
etiā aliqua itelligibilia q̄ nullo modo cadūt
sub sensu p̄ q̄ substantia separata. Patet de in
tellect⁹ nostris et volūtātibus nostris q̄ homo po
test expiri sibi esse et tamē nō sunt sensibilia.
Euidenter em̄ cognosco q̄ ego itelligo et ego
diligo et. et talis noticia accepta est imedia
te et noticia incompleta terminoz et certum est
q̄ ad hoc nō sufficit noticia intuitiua mei. q̄
requirit noticiā intuitiuā ipi⁹ intellect⁹ et di
lectionis. quare et. Confirmat quia ista ē no
ticia accepta p̄ experientiam qz ita experimur
ista i nobis sicut quecūqz sensibilia. sed talis
nō potest esse sine intuitiua sicut p̄nt tactū est
quare. et. Ex p̄dictis autē satis est notū q̄ ta
lis noticia intuitiua nō est nobis naturaliter
possibilis de deo. ideo de abstractiua dicen
dū est hic. et. Tertia distinctio est. q̄ du
plex est noticia abstractiua nobis naturaliter
possibilis. Nā quedā est qua res ipsa imedia
te cognoscit i seipsa et ad ipsam obiectiue ter
minat ita q̄ nihil aliud ab ea distinctum ter
minat illā noticiā. Alia est qua res ipsa nō in
se cognoscit. s. i alio nec ad ipsam rē immedi
ate terminat. s. ad ei⁹ sp̄m̄ seu ei⁹ imaginem i
aia existētem. Itē taliū noticiā quedam est
simplex et qdā cōposita. Itē quedā est cōmu
nis et qdā p̄pria. Itē quedā ē absoluta et que
dam p̄notatiua. Vn̄ oēs iste differētie re
periunt in noticia abstractiua incompleta vo
cādo large oēm illā noticiā incomplexā q̄ non
est p̄o. Et sic ex p̄dictis trib⁹ distinctiōib⁹ p̄
qualit̄ diuersi modi noticiā sunt nob̄ natu
raliter possibile. et de aliq̄o satis apparet q̄
deus nō est illis modis a nob̄ naturaliter co
gnoscibilis. **R** Difficultas q̄ hui⁹ ar

ticuli p̄ncipaliter est de noticia incompleta
qualis posset naturaliter haberi de deo. nā nō
si aliqua talis eēt nobis naturaliter possibilis
nullā veritatē complexā de deo h̄re possem⁹
cū ista p̄supponit alia. et. id̄ circa hoc ponaz
tres conclusiones. Prima est q̄ deus non est
a nobis naturaliter p̄ statu vie cognoscibilis i
mediate i seipso. s. bñ in aliquo alio ei⁹ repre
sentatiuo. Prima pars probat qz nihil natu
raliter p̄t cognosci i seipso: nisi p̄cognoscat
intuitiue. sed de⁹ naturaliter nō p̄t cognosci
a nobis intuitiue. igitur et. Adnotat p̄t. qz fm̄
apostolū. visio facialis dei n̄ habet. nec i hac
vita nec videt intuitiue et i seipso immediate
sic q̄ nullū aliud mediū terminet illam visio
nem. Adnotat p̄batur. qz nō est maior ratio q̄
vna res posset a nobis cognosci i se sine p̄re
uia noticia intuitiua q̄ alia. sed multe res nō
sunt a nobis cognoscibiles i se nisi p̄cuiā i
tuitiua cognitōe. quia fm̄ p̄m̄ cecus a na
tuitate nō potest habere sciētiam de colore
nec potest cognoscere colozē in se. quia non
potest cognoscere colozē intuitiue. Igitur
vniuersaliter vna res nō potest i se cognosci
nisi p̄cognoscat intuitiue. qz si creatura nō
possit multo magis nec deus. Quare et.

Secūda pars cōclusionis patebit ex cō
quētibus. et sequitur ex p̄ma. quia cū deus n̄
sit naturaliter cognoscibilis in seipso. sequit̄
qz in alio. Alias nullo modo esset naturali
ter cognoscibilis. qd̄ est falsū. Ex hac cō
clusionē et eius probatiōe sequitur q̄ om̄s
noticia qua res cognoscitur i seipsa est no
ticia intuitiua vt ex noticia intuitiua accepta

Secūdo sequitur q̄ nulla substantia cor
porata exterior a nobis naturaliter est i se co
gnoscibilis quidquid sit de anima intellecti
ua vel quacūqz alia substantia que est d̄ essen
tia cognoscētis. Vn̄ cum video ignē ei⁹ sub
stantia nō cognoscitur in seipsa. quia non co
gnoscitur intuitiue sed de facto n̄ cognoscit i
se nisi accidēs ignis. et. Secūda cōclusio
est. q̄ deus nō est a nobis naturaliter p̄ sta
tu vie cognoscibilis i aliqua p̄pria specie vel
cōceptu simplici sibi p̄prio et absoluto. sed be
ne i aliquo tali simplici et absoluto cōmuni
sibi et alteri ab ipso. Prima pars probatur
ex p̄ma parte cōclusionis p̄cedētis. qz nullū
us rei cōceptum simplici p̄prio sibi et abso
lutum seu nō cōnotatiuū habere possum⁹ na
turaliter nisi illi⁹ ob quā immediate i seipsa ap
prehendere possumus nec per talē cōceptum



B Unde ex predictis patet quod iste terminus omnipotens vel omnipotentia est unum terminus in recto. et hoc signum distributum ois in obliquo cum uno alio termino distributo in obliquo ibi subintellecto. terminus autem ille distributus potest subintelligi vel iste terminus productibile vel iste terminus factibile ita quod talis terminus ibidem distribuitur. et non iste terminus reclusus potens vel potentia. sicut supra dictum fuit in questione de equalitate personarum articulo. Et secundum hoc iste terminus potest dupliciter sumi. Uno modo large. et sic describeret omnipotentia quod est potentia ois productibilis productiva. Alio modo stricte. et sic describeret omnipotentia quod est potentia cuiuslibet factibilis siue omnis productibilis ad extra productiva. Unum primo modo non sumitur apud sanctos sed secundo modo sicut dictum fuit in questione supra dicta. Et non fuit ibi assignata. Secundo patet quod omnipotentia primo modo dicta non dicit perfectiōem simpliciter. nec illo modo dicitur de omnipotens. Patet. quia talis non convenit cuiuslibet perfectio simpliciter. quod nec filio nec spiritui sancto nec essentie divine. Tercio patet quod omnipotentia secundo modo dicta dicit perfectiōem simpliciter. et illo modo dicitur de omnipotens. Patet quia talis convenit cuiuslibet perfectio simpliciter. et sic dicitur quod pari ratione dicitur quod posse facere aliquam rem siue eam producere productivem sicut creaturam dicit perfectiōem simpliciter. eadem ratio potest dici quod posse producere aliquam rem sicut divinam personam est posse simpliciter et dicit perfectiōem simpliciter. et sic aliqua perfectio simpliciter convenit patri que non convenit filio. quia posse producere aliquam rem et non perfectiōem. non videtur diminueri de perfectio. Respōdeo quod ex his que sunt fidei sequitur quod non posse producere filium vel personam divinam. stat cum omnipotentia que dicit perfectiōem simpliciter. hoc tamen non est evidens. sicut bene probat ratio. sed tamen aliquam creaturam non posse producere sicut hominem vel asinum. siue aliquid non posse producere quod tamen est factibile non stat cum omnipotentia que dicit perfectiōem simpliciter. licet etiam hoc non sit evidens. Patet quia multi philosophi posuerunt primam causam nihil facere vel agere in genere cause efficiētis. et tamen esse perfectam simpliciter. Et ideo posse producere divinam personam non dicit perfectiōem simpliciter sed bene posse producere creaturam. Et sic

aliquis est simpliciter perfectus quod non potest producere quodlibet productibile sicut divinam personam. et tamen non esset simpliciter perfectus si aliquam creaturam non posset producere. Et licet non sit evidens. quare unum magis debeat cedere quod aliud. tamen unum debet cedere et non aliud quia ad hoc obligamur per fidem. sicut clare patet ex supradictis. Quarto patet. quod cum omnipotentia que dicit perfectiōem simpliciter et secundum quam deus dicitur omnipotens solus respiciat per obiecto creaturam siue rem productibilem productivem. ideo omnipotentia sic dicta et omnipotens illo modo bene describitur per hanc orationem vel equivalentem. scilicet potens facere quiddam fieri non implicat contradictionem. Sed hanc descriptionem reprobat Dugolinus. et instat contra eam. quia peccatum fieri non implicat contradictionem. et tamen deus non potest facere peccatum. Tercio dicitur aliam descriptionem et dicitur quod omnipotens est quod potest facere quiddam fieri ab omnipotente non implicat contradictionem. Nec autem oratio nihil valet. quia descriptum ponitur in descriptioe quod non debet fieri sicut patet. vi. thopicorum. ideo non est descriptio sed ridiculosa petitio. Hec valet instans quod tenedo quod deus non potest facere peccatum consequenter dicendum est sicut ipse tenet quod peccatum nihil est. id sub illo distributivo quiddam quod solus distribuit istum terminum ens non convenit sumitur ille terminus peccatum ideo non valet sua ratio ut patet. Unum cum omnipotentia non habeat per obiecto nisi creaturam. ut dictum est. et peccatum secundum ipsum non sit creatura. patet manifeste quod non valet sua instans. sed de assumpto magis alias videtur. Dispositio premissis ad maiorem declarationem predictorum videndum est utrum omne possibile fieri siue omne quod fieri non implicat contradictionem deus possit de sua absoluta potentia facere. Circa quod ad declarationem terminorum premissa tres distinctiones. Secundo ad articulum pono tres conclusiones. Prima distinctio est de isto termino possibile. Nam possibile quiddam sunt incomplexe significabilia. quodammodo complexe. Primo modo adhuc possibile sumitur dupliciter. Uno modo ut distinguitur actu ens. et sic omne quod non est et potest esse. sicut antitipus. dicitur quoddam possibile. Alio modo ut distinguitur necessarium. et sic ois entitas etiam actu ens quod potest esse et potest non esse dicitur quoddam possibile. Et rationabiliter possibile secundo modo dicitur per duplicem accipi. Uno modo ut distinguitur per verum

et sic solum enunciabile non verum et non impossibile est possibile. Alio modo ut distinguitur contra verum necessarium. et sic omne enunciabile etiam verum potens tamen esse falsum dicitur possibile. Quantum ergo ad primum modum quiddam dicitur possibile fieri. quia potest fieri aliqua entitas. Sed quantum ad secundum aliquid dicitur possibile fieri non quia talis positio vel enunciabile possit fieri. sed quia potest fieri quod ita sit sicut per eam signatur. Secunda distinctio est de termino isto facere. Unum secundum quod sententialiter ponit Anselmus de casu dyaboli. primo capitulo. aliquis dicitur facere dupliciter. Uno modo positivem et hoc dupliciter. scilicet vel de novo efficiendo vel factum conservando. Alio modo negativem non faciendo oppositum seu ipsum non prohibendo cum tamen hoc posset. Et sic dicitur deum facere aliquam rem que erat facta cum cessat facere eam esse. et similiter que non sunt potest dici facere non esse quia cum possit non facit ea esse. Hoc modo loquitur Augustinus. libro de civitate dei. ca. xvij. Res quas deus condidit et ut prius non essent egit quodammodo non fuerunt. et ut posterius essent quando esse ceperunt. Primo modo sumitur proprie. et secundo modo improprie. Tercia distinctio est circa istum terminum potentia absoluta. Unum deum posse aliquid facere solus dupliciter intelligi. Uno modo secundum potentiam absolutam. Alio modo secundum potentiam ordinatam non quod in deo sint due potentie. una absoluta et alia ordinata. sed deus dicitur illud posse de potentia absoluta quod simpliciter et absolute potest. Et sic intelligitur deus omnipotens. et de tali potentia semper loquar in presenti articulo. ut satis patet. Sed deum aliquid posse de potentia ordinata potest dupliciter intelligi. Uno modo stricte quod potest stante sua ordinatione que eternaliter voluit se sic vel sic esse facturum. et sic solus potest illa que ipse ordinavit se facturum. Alio modo potest intelligi magis large. quod potest stante veritate legis seu scripture divine. Et sic possibile ordinare potest dici illud quod est possibile absolute et non obuiat alicui veritati legis ordinate vel scripture sacre. Et utroque istorum modorum dicitur quod impossibile est de potentia ordinata ultimam iudicium non fore. quod licet sit simpliciter et absolute possibile. tamen non stat cum eterna dei ordinatione et obuiat sacre scripture. Isti autem duo modi differunt. quia aliquid est impossibile de potentia ordinata primo modo et non secundo modo

Sicut si sortes sit reprobatus hec est impossibile de potentia ordinata primo modo. Sortes saluabitur. ut patet. et tamen non est impossibile secundo modo. quia est absolute possibile nec obuiat sacre scripture. cum nec hoc nec eius oppositum sit reuelatum in scripture. Similiter etiam aliquid est possibile de potentia ordinata secundo modo et non primo modo. sed nunquam e converso. quia quiddam obuiat scripture sacre repugnat ordinationi divine. sed non e converso. Et ideo secundus modus est in plus quam primus. ut patet. quod quiddam est possibile primo modo est possibile secundo modo. sed non e converso ut dictum est. Secundus autem modus videtur magis prius quam primus. quod secundum primum modum nihil est possibile de potentia ordinata nisi quod est vel erit. Similiter isto modo cuiuslibet contradictionis de contingenti una pars est impossibilis de potentia ordinata. non autem secundo modo. ut patet de istis. sortes saluabitur. sortes non saluabitur. demonstrato aliquo viatore. Et istud faciliter patet. Tercio autem distinctio concordat illa distinctio magistri in ista. et quorundam antiquorum. quod quedam deus potest de potentia que non potest de iusticia. Illud enim dicitur non posse de iusticia quod obuiat ordinationi sue voluntatis vel veritati sue legis. quare utraque est regula iusticie. sed illud dicitur posse de potentia absoluta quod absolute et simpliciter potest quous oppositum ordinaverit vel reuelaverit. Dispositio premissis ponam tres conclusiones. Prima est. Omne possibile primo modo. id est. omne entitatem possibilem deus potest facere accipiendo facere primo modo. Secunda est. Omne possibile enunciabile deus potest facere esse verum accipiendo facere primo et secundo modo. Tercia est quod non omne tale possibile deus potest facere esse verum accipiendo facere primo modo. Probatur prima conclusio auctoritate scripture sacre. quia non potest euidenter probari ratione. ut tractum est supra et post etiam dicitur. Ad hanc autem est expressa auctoritas Sapientie. xvij. ubi de sapientia increata dicitur quod est omnium artifex et habens omnem virtutem. Et iterum cum sit vna omnia potest. Igitur et. Et iterum Sapientie. xv. Quomodo posset aliquid permanere nisi tu voluisses. Igitur non solum deus quodlibet possibile potest facere. sed etiam factum conservare. imo sine ipso non potest conservari in esse. quare et.

Dulce alie auctoritates scripture et doctorum possent induci sed iste sufficiunt. et c.
 Secunda etiam conclusio non potest evidenter probari ratione sed probatur auctoritate. Primo per verbum christi Matth. xix. Apud deum omniaabilia sunt. Secundo per illud Luc. primo. Non erit impossibile apud deum omne serbum. id est. omne enunciabile non implicat contradictionem. Tertio per illud Gen. xviii. Nunquid deo est quicquid difficile. In omnibus autem his fit locutio de possibili complexis. ut patet intuitu scripturam et c. Tertia conclusio probatur. Nam possibile est nullam rem preter deum esse. et tamen illud non potest deus facere loquendo proprie de facere. Nam si illud sic faceret iam aliquid preter deum esset. Illud tamen potest facere secundo modo. Hanc autem conclusionem probat magister Gregorius. per hoc quod possibile est creaturam peccare. et tamen deus non potest facere creaturam peccare. primo modo capiendo facere. Et hoc ipse probat tripliciter. sed quidquid sit de veritate consequentis alias ostendam quod rationes sue non sunt efficaces quando agam de causa peccati et c. Locutio tamen et hoc est verum quod deus potest facere creaturam peccare et facere mala et peccata accipiendo facere secundo modo. quia hec permittit et posset ea impedire sicut satis patet.
F Ex predictis sequitur aliqua correlaria. Primo sequitur quod ad omnipotentiam quam deo attribuius non pertinet quod omne possibile posset facere primo modo. Patet de istis deus nihil facit vel conseruat. et c. Secundo sequitur quod ad omnipotentiam quam deo attribuius pertinet quod omne possibile non verum ad quod esse verum non sequitur contradictionem seu primum principium non esse. possit facere esse verum accipiendo facere communiter ad primum et ad secundum modum. Sicut cuius loquendo. omne tale potest per diuinam potentiam esse verum patet ex predictis et deo possibile ad quod esse verum non sequitur. et c. quia aliquod est enunciabile possibile ad quod esse verum sequitur contradictionem. sicut istud nullum enunciabile est verum. et c. Tertio sequitur quod non est nobis cuius deus nec demonstrabile per rationem: aliquam potentiam actuam esse omnipotentem. patet. quia non est sic evidens aliquam potentiam actuam esse vniuersaliter efficientem. igitur et c. Quarta conclusio satis patet. et ante apparebit in secundo articulo et satis patet ex aliis dictis. Quarto sequitur quod quod possibile est aliquam potentiam

actuam in qualibet actione petigi. vel esse vniuersaliter efficientem. tam possibile est esse esse omnipotentem. Patet clare. quia illa potentia est omnipotens que potest facere quicquid potest fieri. sicut patet ex quod nominis. sed quicquid poneret causam vniuersalem in genere cause efficientis poneret eam potestem facere quicquid possit fieri. ut patet ex quod nominis cause vniuersaliter efficientis. et c.
 Quinto patet clare ex predictis. quia illi philosophi qui posuerunt non posse fieri aliquid mundum. et nihil posse creari. et materiam a nullo posse fieri. et etiam ponentes plura necessarie esse. sicut corpora celestia et intelligentias celestes. et tamen cum hoc ponentes vnam causam primam vniuersalem in genere cause efficientis habebant consequenter ponere eam esse omnipotentem. patet manifeste ex predictis.
 Sexto patet ex hoc quod licet ista sententia sit bona. deus est omnipotens. ergo deus potest aliquid mundum facere vel aliquid creare. vel potest solo quodquid potest cum alio. tamen nullo modo est evidens naturaliter. patet quod sit bona. quod non est necessarium. et c. Sed quod non sit evidens satis patet. imo ante est possibile in naturali lumine non sententia. imo magis oppositum ut satis patet. et magis patebit in secundo articulo.
S Septimo sequitur quod deus est omnipotens non solum quo ad effectum. sed etiam quo ad efficiendi modum. patet hoc per declarationem sciendum est quod omnipotens potest dupliciter intelligi. Uno modo quo ad effectum. id est potest in omnem effectum. Alio modo quo ad efficiendi modum. id est quod se solo possit in omnem effectum. Utroque autem modo deus est omnipotens. De primo enim non est dubium ut patet ex predictis sed de secundo modo possibile est secundum fidem ut patet ex secundo correlario. et magis patebit ex secundo articulo. Octavo patet quod possibile est in lumine naturali aliquam potentiam esse omnipotentem quo ad effectum. licet non sic quod ad efficiendi modum. Patet. quia primum est sic possibile et non secundum saltim non ita apparet sicut suum oppositum. sicut hec omnia magis patebunt ex secundo articulo. Ex omnibus supra dictis patet responsio ad argumentum factum primo loco ante oppositum. Unde secundum illos qui tenent quod deus est causa peccati et potest causare aut velle peccatum sicut De kam. B. ad. et plures solennes doctores procedunt negare ante. Et ad probationem negare minor et negare ultra illa sententia deus potest facere peccatum

potest peccare. quod per consequens importat quod deus posset aliquid malefacere vel aliquid qualiter qualiter non debet quod est impossibile. hoc autem non denotat per ante. Sed de hoc alias. Sed secundum illos qui illud non tenent negaret talis consequentia quidquid est possibile fieri deus potest facere. sed peccatum potest fieri a creatura. ergo peccatum potest deus facere. Tamen hic est fallacia figure dictionis. quod in maiori distribuitur vniuersaliter absolute per hunc distributum quodquid. et in minori accipitur sub illo vniuersaliter connotatum. quia peccatum vel peccare non tamen importat illam rem que producit sed etiam importat aliquem obligatum ad oppositum illi quod facit vel omittit. id est fallacia figure dictionis. Et potest dari exemplum si arguitur sic. quodquid potest fieri deus potest facere. sed creatura potest mori. ergo deus potest mori. Non enim valet sententia. quod mori non importat precise destructionem alicuius rei sed connotat destrui eam rem que dicit mori. Et ideo licet deus potest causare destructionem rei que moritur. tamen non potest mori in propria natura. sic importato. et c. Et hec de primo articulo.
Quanto ad secundum articulum in quo videtur dum est verum deus sit prima causa vniuersaliter omnifacis. Primo videbitur quod tenendum sit circa hoc secundum fidem. Secundo quod dicendum est se quando rationem naturalem. Circa primum premit tam aliquas propositiones que sunt supponende et si de. nec possunt evidenter probari ex ratione.
 Prima est quod omne que fit deus est causa ea de non esse ad esse. producit. Patet per illud Job. primo. Omnia per ipsum facta sunt. Et illud symbolum. factoris visibilium omnium et invisibilium. et c.
 Secunda est quod omne que fit deus est causa ea immediate de non esse ad esse producit.
 Hec propositio est contra illam opinionem quam recitat Augustinus. v. super Genesim. ca. xxix. vbi dicit. Sunt ei qui arbitrantur tantum mundum ipsum factum a deo cetera fieri iam ab ipso mundo sicut ille ordinauit et iussit. deum autem ipsum nihil operari. hanc ibi expresse reprobat Augustinus. Et per illud verbum christi patet manifeste. vbi nunc operatur et c. et per multas alias auctoritates. Et ibidem determinat per multa capitula. quod ad productionem cuiuslibet effectus deus immediate simul cum aliis causis secundis occurrit et principaliter. propter quam principaliter dicit aliqui ista non nisi a deo fieri et ipsa creatura et c. Tertia propositio est. quod omne que facta sunt deus est causa ea immediate in esse conseruat. patet primo per auctoritatem sapientis supra inductam in primo articulo. Item ad Col. i. Omnia per ipsum

et in ipso creata sunt. Et sequitur. et omnia in ipso consistant. Item de Heb. i. Potestas omnia verbo virtutis sue. Ubi glossa. sicut ab eo creata sunt omnia. ita per eum conseruantur. Plures sunt alie auctoritates scripture et Augustini. Quarta propositio est. Quod omnium que fiunt vel facta sunt solus deus est immediata causa producit vel conseruat. Patet. quod nulla est causa per se qua moueat ad causandum. ut dicit Augustinus et probat magister in ista. Quinta est. Quod non omne que fiunt vel facta sunt solus deus est immediata causa producit vel conseruat. Patet quod aliter sequitur quod creatura nihil immediate producit vel conseruat. contra illud Luc. xxi. vbi christus dicit quod arbores producit et se fructum similiter videtur quod ad absentiam solis definit eius lumens. ergo possibile est quod sol ipsum producit et conseruat. Et multa possent induci sed satis patet. Sexta est quod omne que fiunt vel facta sunt solus deus posset esse immediata causa producit et conseruat. patet primo negatiua exclusiue. id est quod nihil aliud a deo se solo habet posse fieri patet. quod ad minus superius non potest esse causa et c. Sed affirmatiua exclusiue. id est quod deus potest se solo licet non posset probari evidenter ex scriptura. tamen apparet probabile secundum fidem. quia nihil est a deo distinctum quin possit esse absque alio creato ab eo totaliter distinctum. quod quodlibet tale est contingens secundum veritatem fidei. nec ad ipsum esse sequitur necessario aliud creatum ab eo distinctum esse. nec per consequens ad ipsum non esse aliud non esse. Et per consequens deus potest se solo quidquid potest cum alio. et c. Septima propositio est quod quidquid deus facit vel conseruat libere et non necessario facit vel conseruat. patet primo auctoritate supra allegata. Sapientia. quanto. Item in psalmo. quicquid voluit fecit. Item Eph. i. Deus omnia operatur secundum voluntatis sue. ergo libere et contingenter. Verum est tamen quod ista sententia non est evidens. quia posset dici quod licet deus operatur per voluntatem et per libertatem complacentie. non tamen sequitur quod libertate contingenter. sed tamen sententia illa est catholica. Item patet aliter quia si non est. sequitur quod aliud a deo esset necesse esse quod necessarium deus illud faceret et conseruaret. et c. Octaua propositio est. Quod quidquid deus facit vel conseruat contingenter vult facere vel conseruare. Patet ex alia. quia impossibile est eius facere vel conseruare aliquid et non velle facere vel conseruare illud. vel etiam e contra. Et per sententiam sicut contingenter facit sic vult contingenter facere



Sed extra hanc positionem est quedam opinio. d. q. deus nihil vult contingenter facere quia aut illud velle simpliciter in se esset contingens quod non potest dici. cum illud velle sit deus. et per hunc necessesse esse. Aut habitudo illius velle ad illud quod vult facere est contingens. hoc non quia non potest assignari que res esset illa habitudo utriusque rationis vel reale nisi ponat quod sit ipsum met velle diuini. Et per hunc sicut ipsum est simpliciter necessariu sicut et illa habitudo et per hunc necessario vult. Unde finaliter concludit hec opinio quod deus perducit quiddam perducit absque hoc quod determinet per aliquid vel le intrinsicum ad producendum. et tamen deus voluntarie perducere. quia in sua potestate habet producere et non producere. Hec aut opinio falsa est. nec sufficienter seipam exprimit. ideo breuiter quod sicut deus contingenter aliquid scit fore. sic contingenter aliquid vult facere. Hec et hoc sequitur quod in deo vel dei scientia vel voluntione sit contingencia intrinseca. Unde ad rationem oppositam dico quod nec velle diuini quod vult aliquid facere nec eius habitudo ad illud est contingens sed simpliciter necessesse esse. ipsius tamen velle est contingenter velle faciendi illud et habitudo est contingenter habitudo ad illud. sicut dictum est supra de prescientia respectu futuri contingentis et similis difficultas est verro bis. Prima propositio est. Quod licet deus sit necessario omnipotens tamen contingenter est omnifaciens. patet ex dictis. Decima est quod quibus necessario deus est omnipotens. tamen necessario si aliquid sit ipse est omnifaciens. patet sicut nihil sit sine ipso sic nihil potest fieri sine ipso ut diffuse probat Bernardus in summa sua. Unde hec est radix ad defendendum causam dei contra Pelagium. ut patebit in secundo et tertio. Istis positionibus presuppositis et si de consequenter videndum est quid circa hec sit probabile naturali ratione. Unum sit hec vnde prima propositio. Probabile est naturali ratione quod omnium que sunt vel facta sunt deus est prima causa ipsa. mediate vel immediate producens vel seruans. patet. quod probabile est deum esse causam primam actiuam perfectissimam. et per hunc vniuersale respectu omnium effectuum. Non est tamen ita apparerit probabile quod deus sit immediate causa omnium effectuum. quia multi philosophi concedunt primum et negant secundum. sicut supra etiam patet. Et que fuerit circa hec opinio Aristotelis. dubium est quiddam tamen sit de hoc dico quod nullam rationem multum apparentem potest probari de-

um non esse causam immediate concurrentem ad omnem effectum. etc. Duodecima propositio est. Quod non est ita probabile naturali ratione quod deus possit immediate facere se solo quicquid potest cum alio sicut oppositum licet neutrumque sit demonstrabile. patet. quia communiter omnes philosophi concesserunt quod ex nihilo nihil potest fieri sicut patet primo philosophorum. ergo saltem in generabilibus et corruptibilibus non posuissent deum per se posse facere formas generabiles et corruptibiles. Aliter sequitur quod possent creari. quod est contra suppositum quod est probabile in naturali lumine quod suum oppositum quantum non sit demonstrabile. Et si peratur vni philosophi mouetur ad ponendum causam secundam necessario concurrere. dico quod propter hoc quia videntur quod causa secunda aproximata sequitur effectus et ipsa non posita nunquam ponitur. Quia rationem tangit philosophus secundo de generatione ad probandum solem esse causam istorum inferiorum. Itaque illud etiam posuerunt propter hoc. quia cum deus sit eos sit causa naturalis et non libera libertate contradictionis. si posset effectum aliquid producere sine causa secunda que producitur ea. sequitur quod ante approximationem cause secunde produceretur effectus ille. propter existentiam cause sufficientis. cuius tamen expectentia declarat oppositum. Hec tamen propter hoc negauerunt deum esse causam primam omnium effectuum vel immediate saltem mediate. Et si dicatur quod causa prior per se agit. ergo in illo potest non agit causa secundum. etc. Dico quod non est imaginandum quod causa dicatur prima. quia in aliquo instanti prior operetur ad effectum et in secundo instanti operetur causa secunda ad eundem effectum. sed in eodem instanti totaliter utraque. Et ideo negatur de vniuersali. monis quod causa prima prius agit nisi intelligitur per se. id est principaliter et perfectius. vel aliquo tali modo. Decima tertia est quod probabile est naturali ratione quod quiddam deus agit ipse agit libere. patet. quia nobilissimus modus agendi scilicet per intellectum et voluntatem est deo attribuendus. ergo deus agit libere. quia per voluntatem seu voluntarie saltem libertate coplacente. Non est tamen ita apparerit probabile quod libertate contingente. quia non est clarum quod omnino agere per voluntatem agat contingenter et non naturaliter. Itaque multi philosophi concedunt deum agere per voluntatem et tamen necessitate nature etiam multi theologorum concederent quod deus per voluntatem produceret spiritum sanctum. et tamen naturaliter et necessario. Et eodem modo stat quod deus agit per voluntatem

vel voluntarie et tamen necessitate nature.

Ideo sit hec decima quarta propositio quod non est ita probabile naturali ratione quod deus agat libere libertate contingente. sicut oppositum licet neutrum sit demonstrabile. patet ex dictis in duodecima propositio. etc. Si vero dicatur contra quod aliqua causa agit contingenter. ergo prima causa etiam agit contingenter. An patet de voluntate creata. que etiam a primo conceditur esse libera. Et prima tenet quia quolibet causa secunda agit in quantum mota a prima. et per consequens eodem modo mouebitur causabit sicut prima. Dico hic quod illa prima a multis philosophis negaretur et ratio esset quia diceretur quod vel voluntas non dependet a causa prima nisi in conseruari et non in suo libere operari. vel si ita foret quod non staret secundam causam agere prima non coagere. tamen adhuc non sequitur quod necessario ageret causa secunda quonia non stat voluntatem vel le nisi intellectu coagente. Et tamen non sequitur intellectus necessario intelligit. ergo voluntas necessario vult. Et sic in proposito. Dico tamen quod prima solutio est probabilius quod secunda. quia cum idem effectus non possit esse necessario ab vna causa et contingenter ab alia videtur mihi quod si concederetur quod deus coagit immediate ad actum voluntatis. quod si contingenter et libere est a voluntate etiam contingenter est a deo. Et sic concessa libertate contingente in voluntate creata etiam procedenda erit in voluntate diuina. quare etc. R. Si autem queratur quid super hoc senserit Aristoteles. dico quod eius intentio fuit quod deus non operatur libere libertate contingente aliter habuisset concedere quod ipse potuisset velocius et tardius mouere primum mobile. et tamen talem libertatem concessit in homine respectu actu quos operatur voluntarie. ut patet in libris moralibus. Unde sequitur quod si ipse concessisset deum coagere in omni operatione ipse inconuenienter locutus fuisset de libertate in homine et in deo. ut patet ex dictis. Quia illo supposito quod illam sequitur ista. scilicet diuini est quod super illo senserit Aristoteles. de quo alias videbitur. Et supradictis patet responsio ad secundam rationem ante oppositum questionis. Unum quando dicitur non esse factibile etc. ergo etc. Primum dico quod licet an sit probabile naturali ratione ut dictum fuit. tamen secundum fidem est impossibile. et ideo consequentia est bona.

Dico tamen secundo quod probatio consequentie non valet. quia aliqua causa non dicitur prima. quia possit se sola quidquid potest cum alia. sed di-

ctur prima quia a nulla alia est causata et quod libet alia est causata ab ea vel immediate vel mediate. Tertio dico ad probationem antecedentis. Quod licet deus non possit se solo facere actum odij dei. ut patet ex dictis in alia questione. tamen actum odij dei potest se solo facere. quia ille actus potest esse et non esse odium dei et per consequens esse et non esse peccatum.

Quarto dico quod improbatio illius ulterius non valet quando insertur quod ergo deus nullo coagente posset actus culpabilem facere. quiddam enim sit de consequente. prima non valet. sed bene sequitur quod ergo actus culpabilem vel peccatum potest deus nullo coagente facere. et qua non sequitur prima. sicut nec sequitur motuum deus potest facere viuens. ergo deus potest facere mortuum viuens. Si vero dicatur contra hunc actum potest deus facere nullo coagente. et hic actus non potest non esse culpabilis. Respondet negando minoram quod odium dei potest non esse odium. Unde si illum actum qui est odium dei in mente dyaboli deus poneret sine subiecto tunc non esset odium sic nullus eo esset odium. imo forte secundum supradicta si entitas illa fieret a solo deo in ipsa voluntate. adhuc non esset odium. nec voluntas ipsa formaliter odiret. cum ad hoc requiratur quod talem actum partialiter efficiat etc. Quiddam tamen sit de hoc secundo primum est satis certum et sufficit ad propositum. quare. Et hec de secundo articulo.

Quantum ad tertium articulum in quo videndum est utrum deus sit potentia infinita. Primum videbitur utrum deus sit potentia vigoris infiniti siue infinite productiua. Secundo videbitur utrum deus sit potentia alicuius entis infinite absolute productiua. Tertio videbitur utrum deus sit potentia alicuius entis finiti infinite productiua. Circa primum punctum est opinio Egidij dicens quod non solum secundum fidem deus est procedendus infinite potentie intensiue. sed etiam habet idem tenendum secundum Aristotelis opinionem. Et quod illa fuerit Aristotelis opinio ostendit ex processu eius. vni philosophorum. c. 1. ubi probat deus siue primum motorem non esse iunctum magnitudi- dini per hoc quod est infinitus. nec videtur quod solus intelligat de infinitate in duratone. quia tunc ratio non prederet. ut patet. quare etc. Si magister Gregorius tenet quod ista non fuerit opinio philosophi. propter quod duo supponit. Primum est quod deus est motor appropriatus primi orbis. Secundum est quod secundum opinionem Aristotelis

deus mouet ipm de necessitate nature ⁊ nō
 contingenter ⁊ libere. Aliter em̄ posset irregu-
 lariter ⁊ veloci⁹ ⁊ tardi⁹ mouere. imo nō om-
 nino mouere. cui⁹ oppositū pbat sc̄bo celi.
 Et his arguit qd si de⁹ esset hoc mō potentē
 infinite. sequit qd de⁹ moueret orbē suū in in-
 stanti qd est extra experientia. Et p̄na patet qz
 mouet orbē p̄ p̄mū suppositū ⁊ mouet natu-
 raliter nō libere p̄ sc̄dm. ⁊ p̄ p̄ns fm̄ vltimuz
 sue potētie. s; fm̄ p̄m ⁊ fm̄ veritate si aliq̄
 tns naturaliter mouēs esset infinita intensi-
 ue moueret in instāti. quare ⁊c. Itē sc̄bo celi
 cōmēto. xxxv. dicit cōmētator. credendū est
 qz potētie mouētium sunt terminate. portio-
 nis ad corpa mota. ⁊ qz infinitas nō inuenit
 in eis nisi ppter eternitātē. quare ⁊c. Uno
 sciēdum p̄ solutioē rōnum ad oppositū qz ali-
 quid potest dici infinitū quattuor modis.
 Uno modo i duratiōe. qz durat eternaliter.
 Et sic fm̄ p̄m nō solū deus est infinitus s;
 om̄s alie intelligētie ⁊ celū. imo materia pri-
 ma. Alio modo qz mouet tpe eterno. ⁊ sic so-
 le potētie actiue sunt infinite sicut intelligen-
 tie ⁊ corpa celestia q̄ mouēt vel localiter vel
 saltē motu alteratiōis. ⁊c. Alio modo qz mo-
 uet motu fm̄ locū tpe eterno cōtinue ⁊ ime-
 diate. Et sic fm̄ p̄m sole potētie immateri-
 ales sicut intelligētie sūt infinite. Quarto mo-
 do qz est infinitū simplr. s; vel fm̄ quātitatez
 vel fm̄ vigore. Et sic fm̄ p̄m nihil est infi-
 nitū nec fm̄ quātitate pfectōis nec fm̄ intē-
 sione vigore. Sed quecūqz fuerit opinio ari-
 stotelis. tñ magister Grego. tenet qz quilibet
 sequēdo rōem naturalē h; ponere aut saltez
 nō negare qz est aliq̄ res infiniti vigore intē-
 siue. ⁊ qz de⁹ est illo mō infinit⁹. Patet qz h; im-
 portat dignitatē nec includit ⁊tradictiōem.
 vt niti p̄suadere. Igitur ⁊c. Ego autē dico
 qz siue istud sit pbabile siue nō sequēdo rōez
 naturalē tñ oppositū videt magis dicēdum.
 Nec istud est ita pbabile sicut oppositū. Pa-
 tet p̄mo ex dictis i alio articulo. s; ex. xij. ⁊ xiiij.
 ppositiōib; Secūdo patz qz pbabili⁹ videt
 sequēdo rōem naturalē qz quilibet possibile
 poni i esse. possit poni i esse p̄ causam seu vir-
 tutē finitā qz oppositū cū pbabili⁹ sit nullum
 effectū posse esse infinitū qz oppositū. igil. ⁊c.
 Tertio patet. qz pbabili⁹ videt nihil pos-
 se moueri i instāti qz oppositū. Et tñ si p̄mus
 motor ess; vigorū infiniti sequit qz poss; mo-
 uere in instāti. quare ⁊c. **B** Si vero
 dicat qz istā rōem qz fm̄ fidē ⁊cedendū est de

um esse infinitū intēsiue siue vigore infiniti
 ⁊ tñ nōcedendū ipm posse mouere in instā-
 ti. qz illa rō nulla. ⁊c. Maior patet ⁊ minor p-
 batur. qz ad illud sequit ⁊tradictio. Tū pri-
 mo qz motus est successio que in instāti esse
 nō pōt. Tū secūdo qz mobile simul esset i os-
 bus p̄tib; spacij sup quo moueret. Tū tertio
 quia pari rōe posset celū mouere reuolutōe
 cōplera in instāti. s; hoc est falsum. Nā sequi-
 tur qz esset mutatu p̄ positū. ⁊ tñ nō esset ma-
 ratū ipm totū ⁊ quelibet p̄ p̄t esset in eodem
 loco p̄mo in quo p̄us fuit. ⁊ totaliter se habe-
 ret ad locū. sicut si fuisset q̄scens ⁊ non mo-
 tum ⁊c. Rōdeo ⁊cedēdo maiore q̄uis nō
 posset euidenter oñdi ex scripturis. s; p̄ mino-
 re distinguo. qz mot⁹ vel moueri potest capi
 dupliciter. Uno modo stricte. ⁊ sic requirit
 successiōē. Alio modo large p̄ mutatiōē su-
 bita. ⁊ sic ⁊cedo qz p̄mo mō nō est ⁊cedēdo
 fm̄ fidē deum posse mouere in instāti. quia
 includit ⁊tradictiōem: vt bene arguit p̄ma
 p̄batio. S; secūdo modo bñ ⁊cedēdo qz
 nec illud includit ⁊tradictiōem. Unde ad
 secūdam improbatōem pōt dici negādo cō-
 sequentiā. qz de⁹ pōt corpa subito de extre-
 mo ad extremū mutare nō mutādo ipsum p̄
 mediū. sicut patet de corpe t̄pi dū cōficitur
 in altari. Vel aliter pōt dici ⁊cedēdo sc̄licz.
 qz deus pōt mutare aliq̄ corpa subito de ex-
 tremo ad extremū. ita qz in illo instāti illud
 corpus simul esset i oib; p̄tib; spacij ⁊ post i-
 stans nō esset nisi i termino ad quez. Nec h;
 videt plus impossibile qz idē corpa p̄ temp⁹
 esse in diuersis locis. Et p̄similiter pōt dici
 ad tertiā improbatōem de celo. qz de⁹ potest
 ipm subito mouere qd si faceret celū esse mu-
 ratū. Et qñ arguit ppositū quia esset p̄ illo i-
 stanti in loco in quo p̄us fuit. Dico qz nō seq̄-
 tur. qz nō est mutatu fm̄ locū. qz si vnum cor-
 pus existēs i oriente deus poneret i occidente.
 nō remouēdo ipm de p̄ori loco illud eēt mu-
 ratū fm̄ locū q̄uis esset in eodē loco in quo
 p̄us. Sic in p̄posito q̄uis celū esset in illo i-
 stanti ipm ⁊ om̄es ei⁹ p̄tes in eodē loco in q̄
 p̄us. tamē in eodē instāti ipm ⁊ quelibet p̄-
 tē esset in alio loco in q̄ p̄us nō fuit. ⁊ idē esset
 vez ipm esse mutatu. Et ex ista solutioē p̄t
 p̄firmatio ppositi cū ista nō sint ita pbabilia
 sicut opposita. ⁊c. ⁊ pbabiliter sequatur ad il-
 lud. ⁊c. Et hec de p̄mo p̄teto. **A**
 Quantū ad secūdum punctū Urz deus
 sit potentia alicuius entis infiniti absoluti

aduentus. Primo ponā tres conclusiones.
 Secūdo soluam aliquas obiectōes. Pri-
 ma cōclusio est qz nō est euidēs vel demon-
 strabile in naturali lumine qz impossibile sit
 magnitudinē actu infinitā esse. Probat. qz
 nulla implicat ⁊tradictio euidēs ex hoc qz
 ponit aliqd corpa posse esse infinitū cum infi-
 nitas nō tollit rōem corpis aut magnitudi-
 nis. nec cōuerso corpus rōem infinitatis
 Secūda cōclusio est qz pbabile est qz possi-
 bile sit deus aliq̄ā multitudinē aut magni-
 tudinē actu infinitam facere vel p̄ducere i
 esse. Un̄ dico qz siue hoc siue oppositū sit pro-
 babile i naturali lumine. tñ hoc est pbabile
 in fidei lumine. ⁊ pbabilius qz oppositum fm̄
 fidē. Patet p̄mo de multitudine. qz nō pl⁹
 apparet repugnare qz de⁹ possit facere multi-
 tudinē actu discretā ⁊ nō faciētē p se vnuz
 p̄tinuū qz qz faciat multitudinē actu non di-
 uisam faciētē vnū p̄tinuū. s; secūdū nō re-
 pugnat imo sic facit in quolibet p̄tinuo. nec
 ergo p̄mum repugnat. Datime fm̄ fidez qz
 ponit qz quacūqz multitudine angeloz da-
 ta de⁹ p̄t facere aliq̄ā aliū angelū. Secūdo
 patet ppositum de magnitudine quia si deus
 potest facere infinitā multitudinē corpa
 finitoz actu distinctoz p̄ p̄mam partē sequi-
 tur ppositū. quia q̄dlibet corpus qd p̄t fa-
 cere potest alteri vnire. Un̄ potest argui in
 qualibet pte. p̄portionabili alicui⁹ hore deus
 potest facere vnū lapidē pedālē ⁊ in fine ho-
 re om̄es simul vnire ⁊ p̄ p̄ns infinitos lapi-
 des pedales. ⁊c. quare ⁊c. Tertia conclu-
 sio est qz qz pbabile est qz possibile sit deū ali-
 quam multitudinē vel magnitudinē extēsi-
 uam actu infinitā facere tā pbabile est qz pos-
 sibile sit ipm aliq̄ā latitudinē intēsiuā actu
 infinitā p̄ducere in esse. Primo patz. quia
 nulla rō fieri posset extra secundum. qn̄ eque
 fortis fieret extra p̄mum ⁊c. Secūdo qz
 si forma aliqua sicut calor esset infinita intē-
 siue non ppter hoc exiret metas speciei p̄rie
 Igitur ⁊c. Tertio quia si ois calor possi-
 bilis esset actu. calor esset infinit⁹. Patet p̄na
 sed añs est possibile. igil. ⁊ p̄ns. Añs p̄batur
 quia sicut deus potest velle qz null⁹ calor pos-
 sibilis sit actu ita potest velle qz om̄nis calor
 possibilis sit i actu. quia nulla apparet repu-
 gnantia in vno plus qz i alio. ⁊ p̄mum potest
 sicut patet añ mūdi creatiōem. igitur pbabi-
 le est qz possit velle sc̄dm ⁊c. **D**
 Sed extra p̄dicta obijctur p̄mo qz euidēs

ter implicat ⁊tradictiōem aliquod corpa est
 actu infinitū. quia tale esset quātum ⁊ p̄ns
 esset bicubitū vel tricubitū. ⁊ sic de alijs spē-
 ciebus quāti. Cōsequētia patet. quia omne
 quātum est i aliqua specie quāti. Sed p̄ns
 implicat. quia si esset bicubitū esset figuratū
 ⁊ p̄ns finitū. Secūdo qz tale posset loca-
 liter moueri vel nō. Si dicatur qz nō. Con-
 tra. deus est p̄tutis infinite. ergo posset mo-
 uere corpa infinitū si esset. Si dicatur qz sic
 Cōtra. ergo est finitū. p̄na patet. quia vltra
 se haberet spacium in quo reciperet. s; impos-
 sibile est qz aliquid sit infinitū ⁊ habeat vltra
 se spacium. ⁊c. Tertio cōtra secūdam cōclu-
 sionem. qz si esset aliqua multitudo actu infi-
 nita vel etiā magnitudo. aliqua ei⁹ pars ess;
 infinita. s; residuū p̄ter vnā partē finitam.
 ⁊ p̄ p̄ns illa nō esset maior illa sua pte infini-
 ta. Cōsequētia patet. quia vnū infinitū nō
 est maius alio. Et falsitas cōsequētis patet.
 quia tūc p̄t esset equalis toti. nec totū esset
 maius sua pte. qd implicat ⁊tradictionem
 euidentem. Quarto extra tertiā. qz tūc deus
 posset facere grauitatē ⁊ caliditatē infinitā.
 ⁊ p̄ p̄ns illa posset mouere suū mobile vlti-
 calescere suū calefacibile i instāti. ergo qz ad
 mouere ipa equaret p̄tuti dei. Cōsequētia
 patet. qz deus nō potest cin⁹ mouere qz i in-
 stanti. Et falsitas p̄ntis patet. quia impossi-
 bile videt qz creatura possit i aliquo equari
 suo creatori. Ad ista rōdetur. Ad p̄mā ne-
 gatur p̄na. quia nō valet tale argumētū nisi
 de quātitate finita. Un̄ fm̄ p̄m si queratur
 quātum tps p̄terit p̄ueniētē rōdet qz infi-
 nitum. ⁊c. Et ad p̄batiōem p̄ne dicif. qz tale
 esset alicui⁹ speciei quātitatis. nō que iam sit
 de facto. nec sequit. ergo bicubitū ⁊c. qz sunt
 spēz quantitates finite. sed est possibilis alia
 spēz quantitates infinite. Ad secūdam rō-
 det magister Grego. p̄ duas cōclusiones.
 Prima est qz corpus infinitū si ess; posset
 a deo moueri circularitē seu giratiue. Se-
 cūda est qz si tale esset om̄i quāqz infinitū nō
 posset moueri motu recto. si autē esset fm̄ ali-
 quam dimēsiōem finitū fm̄ illā posset mo-
 ueri ⁊ nō fm̄ illam fm̄ quā esset infinitum.
 Prima probat. quia ad illā nō sequitur ali-
 qua cōtradictio. Un̄ si orbis solaris esset in
 parte superiori vndiqz infinit⁹ nō apparet pro-
 pter quid deus qz est infinite p̄tutis ad mouē-
 dum nō posset illum girare. ita qz sol ⁊ quelibet
 p̄t eius in concauitate ipsius se haberet



In equali distantia a terra sicut nunc. Ex hoc inferat quod plus non demonstrat primo celi. celus non esse actu infinitum. quod tamen credidit fecisse. Unde postea soluit aliquas rationes philosophi et cetera. Secundam conclusionem probat quo ad primam partem per rationem factam arguendo quod impossibile est quod aliquid sit omniquaque infinitum et habeat ultra se spacium et cetera. Sed secundam partem probat quia non videtur repugnare quod aliquid moueatur versus illam partem versus quam est finitum sed si moueretur versus aliam sequitur inconueniens prout illarum. igitur et cetera.

Sed contra ista dicta arguitur sic. Primo quod si concessum ab eo non repugnat infinitum finem unam partem moueri versus aliam in qua est terminatum. Assigno ergo unum punctum in tali omniquaque infinito. cum igitur illud quod est ex una parte illius puncti sit terminatum in puncto dato. et etiam illud quod est in alia parte sit terminatum in eodem puncto. et cum penetratio corporum absolute non repugnet sequitur quod totum illud omniquaque infinitum possit moueri localiter. Unde ut facilius habeatur imaginatio arguendo sic Sumo punctum a. et sit centrum terre et mundus sit infinitus. tunc ab illo puncto imaginentur quatuor linee in infinitum pertracte in a. puncto. scilicet interceptas ad angulos rectos. et volo quod interceptum inter duas illarum moueatur in illud plenum interclusum inter alias duas. et sic volo de omnibus spacibus interclusis et cetera. Cum igitur illud totum omniquaque infinitum sit illa spacium interclusa in datis lineis sicut totum est sue partes. sequitur quod illud moueri possit.

Secundo non magis videtur repugnare quod linea aliqua moueatur versus illam partem ubi est infinita quam versus aliam ubi est finita. sed secundum non repugnat per aduersarium. igitur nec primum. Probo assumptum. quia mouedo versus partem ubi est infinita non propter hoc sequitur quod ultra sit spacium aut locus in quo recipiatur sicut finem cum non sequitur quod mouedo versus partem ubi terminatur derelinquat spacium in quo erat. Et ideo videtur mihi quod suppositis quantis. scilicet uno omniquaque infinito. et alio finem unam partem tamen non apparet quod probabiliter possit sustineri quod illud omniquaque infinitum moueri possit recte sicut circulariter. Et si queratur in quo recipitur. dico quod in nullo sicut etiam non desinit esse in aliquo. Unum si essent due linee infinite versus orientem. et finite versus occidentem. penetrantes se. quare una sit a. et alia b. et b. moueretur versus occidentem. a. non mota. hoc dato patet.

quod b. est semper per totum ubi est a. et cum hoc accipit aliquid quod a. non accipit. sed si ex utraque parte esset infinita nihil acciperet. sicut nihil dicitur dicitur quous accipit dum est finita in una parte. Et sic patet quod dicendum sit et cetera. Ad tertiam partem primo quod consimiliter argueret in primo non esse infinitas partes et cetera. Secundo distinguo de toto et parte. nam dupliciter sumi possunt. Uno modo dicitur totum omne quod includit aliquid quod est aliquid et aliud per illud aliud et quodlibet illius. et sic inclusum dicitur per illud. Alio modo dicitur totum illud quod includit aliquid primo modo. et cum hoc includit tamen quantum est aliud certum datum finitum quod tamen non sic includit inclusum. Et sic illud inclusum non includens tantum quantum includens dicitur pars illius. Et proportionabiliter possit dici de toto et parte in quantitate discretis. Unum primo modo omnis multitudo est totum alterius multitudinis que illam includit. id est. que est omnia illa que ipsa est et aliud vel alia ab illis et quolibet illorum. Et omnis multitudo sic inclusa est per. et hoc modo una multitudo infinita potest esse pars alterius sicut multitudo partium proportionabilium unum medietatis prout est pars multitudinis partium totum continuum. Secundo modo nulla multitudo infinita est totum vel pars respectu multitudinis infinite. et sic multitudo partium totum continuum non est totum ad multitudinem partium totum medietatis. quod dicitur binarios vel trarios includit multitudo totius. totum includit multitudo partium. et non plures includit multitudo totum quam partium. Tertio distinguo hos terminos magis et minus. Uno modo si mutur proprie. et sic multitudo dicitur maior quam tantumdem plures continet. illa vero minor quam non toties. Alio impropre. et sic omnis multitudo quod includit unitates omnes alterius et quasdam alias ab illis dicitur maior illa. Et sic quod non includit plures quam illa. Primo modo maior et minus non dicuntur de infinitis ad invicem. vel respectu finitum. vel e converso. sed bene secundo modo.

Quarto dico quod totum et pars sumendo primo modo reperitur in infinitis et non secundo modo. Et isto modo conceditur quod pars non est minor toto primo modo capiendo totum. et pars. et maior et minus. Et eodem modo capiendo conceditur quod aliquid infinitum est minus aliquo infinito. nec tamen excedit ab illo. ita quod proprie non est excessus vel equalitas in infinitis. et cetera. Ad quartam dico quod aliquid equari alteri potest dupliciter intelligi. Uno modo quod effectus: sic quod creatura facit

effectum tantum quantum deus. et sic non est inconueniens licet non quicquid potest facere deus creatura possit facere. Alio modo sumitur equari non quo ad effectum. sed quo ad modum. Et dico quod licet possit creatura equari deo in aliquo modo agendi ut puta quia potest agere vel aliquid mutare instantanee. non tamen omnimodo potest aliquid facere sicut deus quod nihil potest facere independentem et sic de multis aliis additionibus et cetera.

Secundo dico quod nulla repugnancia est quod deus possit facere unam gravitatem infinitam quam subito moueret vel unum calorem infinitum qui subito alteraret. Tertio dico quod nulla repugnancia est quod deus possit facere tale quantum infinitum et tamen illa non ageret in instanti. quod non ageret nisi coagente deo. et ideo deus possit ipsam facere agere successiue et remissiue. Etiam possit illam facere sine subiecto et cetera. Si vero dicatur quod pari ratione deus possit facere unam visionem de se infinitam et persequens possit apprehendi ab alio quam a se quod videtur impossibile. Pro isto dico quod ratio quod deus possit facere supra speciem infinitam. et unum intellectum infinitum et in illo unam visionem infinitam. quod tamen non est adhuc concessum nec sequitur ex parte concessio. tamen ex illo non sequitur quod homo intellectus per illam visionem apprehenderet diuinam essentiam. quod illa visio non esset infinita simpliciter sed solum secundum quod tamen deus est infinitus simpliciter et cetera. Unum circa hoc potest poni exemplum scilicet quod una visio sit speciei inferioris ut verbigra abstractiua et alia superioris speciei pura intuitiua. si ille fierent infinite intensiue non propter hoc sequitur quod aliquid ita perfecte cognoscitur per unam sicut per aliam et tamen per utraque cognoscitur aliquid infinite. Cum igitur illa visio que deus est sit in infinitum perfectior quibusdam aliis visionibus et tamen deus ita perfecte videtur sicut illa visio est perfecta. sequitur quod illa visio creata non esset comprehensiuua sicut visio diuina. nec illa cognoscitur deus omnibus modis quibus cognoscibilis est vel quibus seipsum cognoscit. Et eodem modo potest dici de dilectione infinita si esset. Si autem dicatur quod deus non potest facere speciem infinitam quod reputo problema neutrum. tunc sequenter dicitur quod non potest facere infinitam dilectionem vel noticiam quod nulla res potest alicui intellectui esse maior dilectio vel noticia quam talis sit essentialiter perfectus in sua specie et vitaliter capax. quare et cetera. Et hec de secundo puncto.

Quantum ad tertium punctum in quo videndum utrum deus sit potentia alicuius entis finiti infinite productiua. Sciendum est quod sicut tan-

gebatur in tertio articulo. ante oppositum difficultas huiusmodi dubij stat in hoc quia cum dei potentia productiua sine effectus productio actiua sit infinita. videtur quod quicquid deus producat infinite producat. Quod si ita est sequitur quod nihil quod deus producat potest melius producere quam facit. Consequenter tenet quod quodlibet equaliter et infinite producat. quare et cetera. Et sequens apparet falsum per maiorem diuinitatem. ubi dicitur quod deus potest facere mundum meliorem et cetera. Et ideo circa hoc primo videndum est utrum quicquid deus producat infinite producat. Secundo utrum aliquid deus possit facere melius quam facit. Circa primum diuersi sunt modi dicendi. Quidam enim dicunt quod sic. quia deus ad cuiuslibet rei productionem percurrit secundum finem totum vigorem infinitum. cum ille sit indiuisibilis et persequens percurrit conuersu infinito et productione infinita igitur et cetera.

Alii dicunt quod non. quod nihil plus producat a deo quam ipsum sed quodlibet ad extra productum solum finite est ergo solum finite sit. et producat a deo igitur et cetera.

catum permittit. secundum hoc ad primum omissio. **I**stis permittit pono ad istum articulum tres conclusiones racionales que mihi videntur probabiles. Prima est quod voluntas creata sic tenet se voluntati diuine beneplaciti vniuersaliter conformare ut velit vel nolit quicquid deus tali voluntate vult eam teneri velle. Secunda est quod voluntas creata non sic tenet se voluntati diuine beneplaciti vniuersaliter conformare ut velit quicquid deus vult tali voluntate vel quicquid ipse vult eam velle. Tertia est quod voluntas non sic tenet se voluntati diuine beneplaciti vniuersaliter conformare ut velit quicquid scit aut videt tali voluntate deum velle. Prima conclusio probatur quia sicut impossibile est voluntatem creatam teneri ad aliquam dispositionem habendam. et non sic obligari per diuinum beneplacitum sic impossibile est diuinum beneplacitum velle ipsam teneri ad illam dispositionem habendam et ipsam non teneri ad habendam illam. igitur ratio. Consequenter tenet et antecedens satis patet ratio. Nunc tamen est aduertendum quod ista conclusio intelligendo est de voluntate creata que tenet se conformare voluntati diuine in volendo vel nolendo. Quod dico quod stat quod aliam voluntas creata sit recta et conformis voluntati diuine nihil volendo sicut patet de voluntate puuli baptisati vel adulti exitis in gratia et dormientis. Iam non intelligitur conclusio de conformitate que est in non volendo difformis voluntati diuine. Et predictis sequuntur aliquae positiones. Prima est quod conformitas siue rectitudo voluntatis create aliquando est res distincta aliquando vero non est res alia a voluntate patet quia quod voluntas recte vult tunc voluntatem conformis obligationi diuine est sua rectitudo. quod vero ipsa est conformis diuine obligationi nihil volendo tunc huiusmodi rectitudo est ipsa voluntas recta vel saltem non est aliqua res ab ea distincta. Secunda est quod conformitas siue rectitudinem voluntatis create deus potest ab ea auferre quod deus ab alia auferre potest quilibet rem quod non est ei pars nec e contra ratio. Sed oppositum huiusmodi videtur esse ponere Augustinus de libero arbitrio. ca. viij. Ubi probatur quod deus non potest auferre rectitudinem ab ipsa voluntate quod si sic vel hoc faceret volens vel nolens. Non secundum quod nihil potest facere nolens. Hec primum quod si volens facit ergo vult auferre ab ea rectitudinem. Et ultra. ergo non vult eam seruare rectitudinem est eam velle quod deus vult eam velle sed deus non vult eam seruare rectitudinem ergo non

vult eam velle qd vult ea velle quo nihil est impossibile scdm eum. Ad hoc aut dico q quicqd sit de intentione Anf. t quicqd sit de pma pte antecedentis d qua patebit in secunda clusione. tamē argumentū nō valet quia illud sequens qd infert nō est incōueniētiū quia est vna negatiua que nihil ponit. Un lapis nō vult qd d' vult eum velle.

Ideo sit hec tertia ppositio q d' potest non velle voluntatem velle qd vult ea velle. patet quia capio aliquē hominē dormientem siue aliquē circa quē d' nihil velit nisi q sit homo. tunc ista sequentia est bona deus non vult for. velle. ergo non vult eū velle qd vult eum velle. Antecedēs est vix in isto casu igit r sequēs. similiter t ista affirmatiua est falsa deus vult for. velle qd vult eum velle ergo negatiua opposita est vera. Igit r sequens qd infert Anf. tanq̄ impossibile non est impossibile. Quarta ppositio potest poni q̄ videt sequi ex p̄dicta. s. q̄ deus potest velle voluntatē nō velle qd vult ipam velle. p̄t quia sequit voluntas nihil vult ergo nō vult qd deus vult eam velle. Et antecedēs potest esse volitū a deo igit r sequens rē. Dico igit q̄ si Anf. debeat saluari intelligendū est q̄ deus non potest auferre rectitudinē voluntatis ipa inuit. Non q̄ hoc sit simpliciter impossibile cū ipemer dicat in li. de concordia c. vi. q̄ aliud est voluntas aliud rectitudo q̄ recta est rē. Sed q̄ hoc est impossibile fm legem statuta rē. **R** Secda clusio pbat r pmo pma ps. Pro qua sciendū est q̄ voluntatem creatā velle quicqd deus vult potest dupliciter intelligi. Uno mō distincte t i particulari t sic patet q̄ non tenet velle quicquid deus vult. cum non omne volitū a deo sit sibi illo modo notū. Alio modo p̄fuse t in generali. t sic si dicat q̄ voluntas tenet velle in generali quicqd deus vult non est aliud dicere nisi q̄ tenet velle istam vniuersalē q̄ quicquid deus vult eē vel fieri sit vel fiat. Et si ita dicat sequit q̄ aliquis teneat velle aliquid in generali t nō in particulari. imo magis oppositū. t q̄ teneat velle vna vniuersalē t nō eius singularē imo eius oppositā. sicut patet in casu allegato de filio qui nō vult patrē suū mori rē. hoc aut nō videt rationabile q̄ rē. Secda ps pbat quia si d' velit imple re opa p̄silioz deus vult eū sic velle t tamen nō tenet hoc velle cū hoc sit superogationis. Similiter si quis velit exple re opa p̄bibi/

onum vel peccatoz. deus vult tale velle licet nō quantū ad difformitatē fm aliquos tam quantū ad actus q̄dditatē cū velit oēm actū t motionē voluntatis t tamē talis nō tenet velle imo nō velle. quare rē. Tercia clusio pbat p̄tra magistrū Greg. qz stat q̄ creatura videat deū aliquid velle t nō licite velit oppositū vel saltē non velit illud. igit rē. Cōsequētia patet t antecedēs pbat quia aliter sequit q̄ creatura teneat velle antecedēs ad qd sequit ipam q̄nq̄ peccare mortalit̄ imo dāpnari t esse miserā eternalit̄ vel saltē in casu nō posset licite velle oppositū antecedēs ad qd sequit illud sequēs rē. Cōsequētia pbat tur ponendo casum possibilez vt patet ex dicitis. s. q̄ d' reuelat fori in verbo vel alit̄ sufficienter q̄ deus velit eū teneri ad nō faciendum actū quē nō ipē est factur. t tamē q̄ nihil fieri positūe quin d' velit illud fieri. Reuelat ergo deus fori q̄ ipē vult eū teneri ad nō faciendū illū actū t nō vult q̄ illū faciat. vel ponat casus q̄ deus alicui reuelat q̄ reprobatus. Ad hoc em sequit q̄ vult peccabit finaliter t dāpnabit eternalit̄. quare t cetera

Secda sic stat absolute for. videre deum aliqd velle t tamē circa illud nullū actū voluntatis habere. qz d' pot̄ currere ad actū intellet' absq̄ hoc q̄ currat ad actū voluntatis s; in hoc casu for. nō peccaret. igit rē.

Tercio sic quia d' scdm Augustinum vult patrē foris mori rē. s; p̄ter reuelationē factā ipi for. de morte p̄is nō videt necio seq̄ illū obligari ad volendū quod d' vult eum ante nō obligare. Un p̄ter ostensionē voluntatis diuine circa hoc nō videt necessario se qui deū for. obligare ad illud. q̄ rē stante tali reuelatione poterit sine peccato oppositū velle rē. Quarto sic quia aliter sequit q̄ stāte tali reuelatione for. obligat ad opposita. et p̄ sequens ad impossibile. Patet sequētia qz volo q̄ for. teneat velle a. t tamē reuelat d' q̄ ipē nō vult currere ad volendū tunc tenet velle a. t etiā tenet nō velle a. quia videt deū ipz nō velle. a. ex quo scit q̄ deus nunq̄ curreret ad volendū a. igit rē. **L** S; p̄tra istā clusionē arguit per rationes magis Greg. quibz p̄t clusionē suā scz q̄ quilibz tenet voluntatē suā in nullo difformare voluntati diuine. Arguit enī sic quilibz tenet nihil velle p̄tra eternā legē. igit rē. Antecedēs patet qz velle aliquid p̄tra eternā legē est peccatum. Iuxta illud Augustini. xxij. p̄tra istā

istam peccatum est factum dictum vel concupitum contra legem eternam. Et consequentia tenet per illud qd sequitur lex eterna est ratio vel voluntas deit̄ cetera. Secundo arguit sic nulli licite displicet aliquid bonum in quantum huiusmodi aut placet aliquid malum in quantum huiusmodi igitur quilibet tenetur cetera. Antecedēs patet. t consequentia tenet. quia deus non vult aut diligit nisi bonuz. t non vult vel odit nisi malum igitur rē. Tercio arguo fortius contra dicta per hunc modum quia volo q̄ deus reprobaret vel reuelat alicui suaz reprobationem siue q̄ vult eum reprobare. tunc tali reuelatione facta iste tenetur velle se esse reprobatum. Igitur conclusio non est vera nec eius probatio bona. Consequentia satis patet sed antecedens probatur. quia tali reuelatione facta iste non potest licite orare pro sua salute nec velle se esse saluandum. Quod patet duplici auctoritate. Primum per illud dictum xpi Luc. xij. seruus sciens voluntatem dñi sui t non faciens plagis vapulabit multis. Et per consequens a fortiori seruus sciens voluntatē huiusmodi t nō volens cōformiter ei est puniendus. Secundo ad hoc videtur expressa intentio Augustini. c. de ci. c. xxv. vbi dicit q̄ ecclesia nūc non orat pro dyabolo nec pro mortuis malis vt saluentur. orat tamen pro omnibz hominibus bonis t malis duz sunt in via. Et addit p̄ o nullo viuente finaliter reprobo si de eius reprobatione ecclesia esset certa oraret vt saluaretur. Et per consequens nec iste pro sua salute deberet orare ex quo esset certus de opposito. Cōsequētia patet quia nō apparet ratio p̄mi nisi qz ecclia videt sic deū velle sic est in secundo casu igit rē. Quarto ad idem arguo confirmando predictam rationē quia si in isto casu iste potuisset licite orare pro salute sua. sequitur q̄ licite possz orare pro aliquo quod sciret se non esse impetraturum. Consequentia patet t falsitas consequentis apparet. quia talis oratio esset stulta t ociosa igitur rē. **B** Ad ista responderetur ad primā negatur consequentia. Et ratio est quia licet voluntas diuina sit lex eterna t quicquid vult esse legē sit obligans creaturā rationalē ita q̄ creatura rationalis teneatur nihil velle contra voluntatem diuinā in quantum est lex tamē non quicquid vult est lex. Si vero dicatur q̄ licet de

um velle aliquid non semper sit lex. tamē nō stat q̄ aliquid velit t q̄ creatura videat ipm sic velle quin ipa obligatur ad illud volendum. Sic dico q̄ sic dicere non est probare oppositum conclusionis. sed tantū simpliciter dicere oppositum. ideo est petitio principij nec est sufficiens improbatio conclusionis. Et ideo dico quia deum velle creaturam rationales teneri ad aliquid vtpura ad credendum articulos fidei est lex obligans ad sic credendum t contra tale velle quilibz creatura rationalis tenetur nihil velle. s; tamen cuz hoc stat q̄ deus velit aliquid vtpura patrem tuum mori vel tibi non dare gloriam t tamen tu non es obligatus illud velle quibus enam scias deum illud velle quia tale velle non est lex obligans. Et sic patet respōsio ad primā rē. Ad secundam dico q̄ nō quilibz obligatur ad volendū qd cunqz bonum quod est vel foret bonum si poneretur in esse. Un ista ratio videtur supponere vniū qd est falsum. t p̄tra istū doctore allegari. scilicet q̄ quia aliquid est bonum ideo d' vult. Hoc em non est verum imo magis econtra quia deus vult aliquid. ideo illud est bonum sed cum hoc stat q̄ creatura non tenet illud bonum velle imo in casu si illud vellet male vellet quibus bonum t cetera. Ad tertiam sunt diuersi modi dicendi t contrarij. Aliqui em sicut magister Gregorius concedunt antecedens scilicet q̄ tali reuelatiōe facta iste tenetur velle se esse reprobatum et ex quo sic sciret iste dei voluntatem deberet contentari t velle q̄ deus eum dampnaret. Et hic actus procederet ex maxima dilectione dei nec esset culpabilis s; laudabilis. Et ulterius concedunt q̄ in tali casu non esset isti licitum orare pro finali salute sua. s; simpliciter de diuino iudicio contentari vbi sciret deum absolute sic velle. **H** Sed contra istam rationē arguo primo sic Quia facta tali reuelatione stat etiam per aduersarium q̄ iste sit in charitate ergo adhuc tenetur se amare ex charitate ergo adhuc potest iuste sibi velle bonum salutis. Et per consequens pro illo iuste orare. Secundo qz adhuc iste tenetur amare proximum suū ex charitate t velle sibi vitam eternam sed magis vel equaliter debet se diligere t ad tantū bonum sicut proximum. igitur t cetera.

Tercio quia adhuc potest iste imo tenetur seruare ordinem charitatis sed ordo cha

ritatis est se magis diligere post deum ut patet tertio sententiarum dist. cxxi. Quarto confirmando predicta arguitur sic. quia iste ex tali reuelatione non absoluitur ab obligatione quia prius obligabatur. et per consequens nec a precepto de dilectione sui et ordine charitatis nec a precepto de oratione. quare et cetera. Alii autem sicut Adam in suo tertio. q. vi. aliter respondent. Unde primo dicit iste doctor quod facta tali reuelatione exteriori nullus potest licite assentire quod illa reuelatio sibi facta sit reuelatio nisi in casu si fieret reuelatio per impressionem immediate a deo vel alias per viam inevitabilem illi vel in casu quo sibi imprimeretur a deo assensus firmus quod exterior reuelatio esset vera vel in casu equivalente. Si vero dicatur quod nos tenemur adhibere fidem divinis reuelationibus non solum impressis modo predicto sed etiam in verbis a deo vel in angelo bono vel prophetis aut etiam apostolis convenienter expressis. Alii non tenemur credere futurum iudicium nisi deus in nobis talem credulitatem imprimeret. quod est falsum ergo stante casu sine tali impressione iste tenetur assentire illi reuelationi et credere se esse dampnandum. Ad hoc respondet quod quedam sunt precepta dei que etiam supposita communi fide sunt precepta nature. et que obligant indispensabiliter dum sumus in statu vite. et sic obligamur ad diligendum deum et nos post deum et ad sperandum in eum vel saltem ad non habendum libere actus contrarios. Et ideo quilibet viator tenetur non libere credere quod dampnabitur et non est sic de aliis reuelationibus sibi factis a deo. Unde si oppositum illius sibi reuelatur etiam a deo non tenetur credere quod illud sit sibi reuelatum a deo. sed quod sit illusio vel quod sit conditionalis et non absoluta reuelatio. Quia propter nullius preceptum tenetur agere contra legem dei et non credere. matie ubi illud non est dispensabile ideo dicit apostolus ad Gall. primo. Etiam si angelus de celo euangelizaret vobis aliud preter quod euangelizatur est vobis anathema sit. Ubi tamen res esset dispensabilis et constaret quod sic reuelans haberet auctoritatem dei esset credendus. sicut patet de michea propheta tertio Regum vice primo. Ubi precipiebat vnum quod videtur esse contra legem dei dicens percute me. qui cum eum noluisset percutere dicit ei micheas. quia

noluisi voci diuine obedire veniet leo de suua et deuorabit te et ita factum est. sic ille tenebatur sibi in hoc credere quia de eo tenebatur credere quod esset propheta dei. Sic autem non esset in proposito. quare et cetera. Sed quicquid sit de predictis tamen ista non multum faciunt ad difficultatem intentam que est non de reuelatione exteriori sed interiori qua firmiter assentitur sic esse. quare et cetera.

Secundo dicit predictus doctor quod in casu quo deus facta tali reuelatione imprimeret alicui credulitatem modo supra dicto ille posset licite orare pro salute sua. quia adhuc sciret quod hec esset possibilis ego non dāpnabor et quod non dāpnabit nisi ipsemet libere de mereat id tenet orare et tollat ab eo illa credulitas et non ueniat sic ipse credidit. Tertio dicit quod secus esset si talis proprie et infallibiliter sciret quod dampnaretur sed hoc est sibi dum est viator impossibile. Quarto dicit ad auctoritatem Augustini quod ipse verus dicit si loquatur de certitudine scientie proprie dicite et de nosse simili modo sumpto. Et tunc antecedens est impossibile pro membris ecclesie licet caput ecclesie Christus sic bene sciat scientia increata seu diuina. Si autem vocet Augustinus certitudinem noticiam veram certam. id est indubitata dicit quod qui sic voluitarie et libere noscit se esse dampnandum non posset iuste orare pro salute sua stante tali noticia et libere retenta. quia sic talem causans et libere retinens esset iniustus. Ad hoc non est licitum sentire vltimate diffiniendo de aliquo viatore sine reuelatione per noticiam impressam ut supra dictum est. Et per ista patet ad rationem secundam istum. Sed contra tertium et quartum dictum arguo ostendendo quod iste doctor facit de non causa causam. quando dicit quod quia creatura non potest iudicare infallibiliter suam futuram dampnationem ideo non tenetur hoc velle imo orare pro opposito sic iudicari. Nam quis ita foret quod de tali futuro non posset habere scientiam certa proprie dicta siue infallibile iudicium certum sicut supra satis fuit ostensum tamen non propter hoc sequitur quod creatura tenetur velle oppositum sic iudicari immo non minus tenetur assentire illi quod iudicat fallibiliter quod illi quod iudicat infallibiliter. Verbi gratia de istis duobus articulis. Christus resurrexit et nos resurgemus quilibet viator equaliter credere tenetur vel saltem scire cre-

dic equaliter non peccat. et tamen secundum eum iudicium de primo est infallibile etiam creatum sed iudicium creatum de secundo est fallibile et cetera. Secundo licet beatus videat in verbo quod absolute potest annihilari licet videat et videre possit secundum eum quod iudicium suum quo iudicat indubitanter se non annihilari est fallibile tamen cum hoc indubitanter iudicat quod non fallit aut fallit. et per consequens tantum potest quis obligari ad aliquid iudicandum de quo non potest habere iudicium nisi fallibile sicut aliquid aliud de quo potest habere iudicium infallibile quare sua causa non valet. Tertio specialiter contra quartum dictum quia si deus imprimeret talem certitudinem siue firmam adhesionem et cetera. Iste adhuc tenetur orare pro sua salute per secundum dictum. ergo etiam adhuc teneretur supposito quod talis illam credulitatem libere causaret. Et sequentia patet quia ex hoc non minus esset obligatus quod prius et cetera.

Ideo aliter respondeo ad predictam rationem. Unde concessio casu nego antecedens et ad probationem nego assumptum et dico quod immo iste potest licite immo tenetur orare pro sua salute et velle se esse saluandum et ratio nostra est non illa quam assignat Adam sed illa que prius tacta est contra Greg. scilicet quia iste ex tali reuelatione non absoluitur a priori obligatione nec post minus tenetur ad precepta dei de dilectione sui et oratione quod prius. quare et cetera. Et ad primam auctoritatem dico quod debet intelligi de voluntate signi precepti et si intelligitur de voluntate beneplaciti hoc non est de voluntate absolute sed quia deus vult seruum suum ad aliquid teneri sic non est in proposito. Ad secundam autem dico quod ratio totalis quare ecclesia non orat pro diabolo et cetera. nec orat pro reprobo viatore. si sibi constaret de eius reprobatione non est quia videt deum velle eos dampnari. sed quia videt se ad talem orationem non teneri nec prodesse illi et cetera. quare et cetera. Ad quartam pro materia dico aliquas propositiones. Primo dico quod oratio ubi hic de ea loquimur ratio est aliud quod quedam oratio siue enunciatio deprecari na optariis modi facta ad deum. Verbi gratia orare deum quod a. fiat non est aliud quod formare talem enunciationem vel equivalentem vltimam placeat vel opto quod placeat deo

quod a. fiat. Secundo dico quod in qualibet oratione a quouis viatore immo ab vniuersali ecclesia facta pro salute alicuius viatoris siue pro quocumque contingenti futuro vel possibili debet saltem habitualiter et implicite constantia siue conditio diuini beneplaciti subintelligi. Patet per simile de oratione dominica in qua dicitur fiat voluntas tua. Similiter per exemplum de christo qui quando orauit dicens pater transeat a me calix iste statim subiicit illi conditionem non sicut ego volo sed sicut tu. quare et cetera. Tertio dico quod orationes fieri sub tali conditione potest dupliciter intelligi. Uno modo quod oratio seu verbum orationis vel opto cadat supra totam conditionem cum antecedens sit illa conditio si deo placeat. sicut dicens opto vel oro si deo placeat a. fore aut quod a. sit futurum et sic talis oratio esset de necessario et non posset non exaudiri. Alio modo potest intelligi quod illud verbum cadat non super illam conditionem sed super consequens sicut dicens si deo placeat a. fore vltima a. sit futurum et isto modo debet fieri conditionaliter. Quarto dico quod sequitur ex predictis quod in casu huiusmodi ratio iste potest licite orare pro aliquo quod scit vel saltem firmiter credit se non impetratur immo sic videtur fuisse de oratione christi supra dicta. Nec propter hoc sequitur quod talis oratio sit stulta vel otiosa quia iste ad illam tenetur et christus fecit illam in exemplum imitationis et ad mysterium sicut dicunt doctores ideo non frustra. quare et cetera. Nec de secundo. Quantum ad tertium articulum vtrum voluntas diuina sit prima lex a qua derivatur omnis lex creata. primo premitram tres responsales conclusiones. secundo solvam tres difficiles dubitationes. Prima conclusio est quod sicut voluntas diuina in genere efficientis est prima efficiens causa sic ipsa in genere legis obligantis est prima lex seu regula obligatoria.

Secunda conclusio est quod sicut voluntas diuina est efficiens causa quia vult aliquid esse vel fieri sic ipsa est lex obligatoria quia vult aliquid ad aliqualem esse vel non esse teneri. Tertia conclusio est quod sicut voluntas diuina est lex perfectissima obligatoria rationalis creature. sic inter leges creatas illa est perfectior que est perfectior signum voluntatis diuine. Istas autem conclusiones declaravi in principio meorum et est patet satis responsio ad istum articulum. scilicet quod omnis lex creata derivatur a voluntate

te diuina Unde q non diriuatur ab ea tā
q a lege prima non est proprie lex siue regu
la nisi forte fm quid r non simpliciter. sicut
lex iniusta rē. Et per hoc soluitur tertius ar/
gumentū ante oppositum. Sed circa istā
materia moueo tres dubitationes quas te
rigo sed non plene tractauī. in primo princi
pio. Prima est vtrū voluntas diuina pos
set rationale creaturam ad impossibile obli
gare. Secunda est vtrū voluntas diui
na possit rationale creaturaz ad qdlibet pos
sibile obligare. Tertia est vtrū volun
tas diuina possit rationale creaturaz in esse
producere r ipam non obligare. R Ad
primam dubitationē arguitur q sic quia po
tiamus q for. habens preceptum per qd te
netur ad aliquid puta ad credendū trinita
tis arti. habeat conscientia erroneā per quā
diceret se teneri ad oppositū credendū vel er
go for. crederet vel non. si non. tunc ipse pecca
bit quia faciet contra preceptum. Si sic ite
rum peccabit quia faciet contra conscientia
Cum igitur Sorites crederet vel non crederet
r quodcunqz istorū faciet peccet. sequitur q
necessario peccet. quare rē. In oppositum ar
guitur quia scōs Augustinū nullus peccat
in eo qd vitare non potest. igitur rē Pro
solutione huius sciendū est q creaturā rati
onalem obligari ad impossibile dupliciter
potest intelligi. Uno modo proprie. i. q ob
ligatur ad faciendū impossibile. Alio modo
improprie scilicet q obligatur ad volendū
impossibile. Secundus aut modus mul
tum differt a primo quia primū nō est in po
testate creature sed scōm multos est in libe
ra potestate voluntatis create. nā scōm Arist.
voluntas est impossibilis. Itē eam obliga
re ad impossibile potest intelligi dupliciter
scilicet vel ad impossibile simpliciter vel im
possibile sibi. Itē eam obligari ad im
possibile sibi potest dupliciter intelligi. Uno
modo q obligatur ad aliquāter esse vel nō
esse qualiter esse vel non esse per nullam po
tentia potest sibi conuenire. Alio modo q
ad aliquid obligatur qd non est in sua pote
state sic q per suam potentiam actiuam pos
sit sibi conuenire. Tunc iuxta hec pono
aliquas propositiones. Prima est q cre
atura rationalis non potest obligari ad im
possibile primo modo scilicet ad faciendū
impossibile siue ad aliquāter esse vel nō eē
qualiter esse vel non esse est simpliciter im

possibile. Patet quia voluntas diuina non
potest sic obligare igit rē. Consequētia pa
tet ex prima conclusione r secunda quia ni
hil potest rationale creaturam obligare deo
non obligare iuxta illud apostoli Roma. xij.
Non est potestas nisi a deo. Et antecedens
patet per illud Jeron. Quicūqz dicit deū p
cipere aliquod impossibile anathema sit. Et
illud August. deus seruū pigrum non dā
pnaret si ea que fieri nullo modo poterant i
peraret. Et licet iste auctoritates loquātur
de facto et non de possibili tamen videtur
vtrūqz ratio consimilis scilicet quia talis
obligatio non potest esse rationalis r cetera.

Secunda propositio est q creatura ra
tionalis potest obligari ad impossibile. scō
modo scilicet ad volendū impossibile. patet
quia ad hoc non apparet sequi aliqua cōtra
dictio imo aliqui concedunt q de facto pec
cator illo modo obligatur ad impossibile scilicet
ad volendum peccatum suum peccatū
non fuisse qd fm articulū Parisien. est ipos
sibile. quare rē. Utrum aut hoc verum sit d
facto dubium est mihi videtur tamen proba
bilis q non rē. Tertia propositio est q
creatura rationalis non potest obligari ad
sibi impossibile primo modo. id est ad aliqua
liter esse vel non esse qualiter per nullam po
tentiam potest sibi conuenire. vt verbigrati
a ad esse lapidem. Patet sicut prima rē. Et
ex hoc patet falsitas illius opinionis que di
cit q peccās mortaliter obligatur ad penas
incōpossibiles. quia demeretur puniri eter
naliter r annihilari simpliciter rē. Quar
ta est q rationalis creatura potest obligari
ad sibi impossibile secundo modo. id est ad ali
quid qd non est in sua potestate. sic q per su
am potentiam actiuam potest sibi conueni
re. patet quia quelibz rationalis creatura te
netur habere gratiam r quilibet viator: fidē
infusam r tamen hoc non est in creature po
testate actiuā rē. S Tunc ad rationes
pono aliquas propositiones. Prima est
q creatura rationalis nunq obligatur se cō
formare siue conscientie erronee quia consci
entia erronea est iudiciū quo rationalis cre
atura dicitur se ad aliquid teneri ad qd nō te
net vt ad aliqd nō teneri ad qd tenet. s. nō te
netur se tali iudicio conformare. alia nō d
set iudiciū erroneum rē. Itē nulla scien
tia erronea est lex obligatoria rē. igitur Conse
quētia p r r antecedēs apparet. quia omnia lex

seu regula est conformis diuine voluntati
tanq lex secūdaria pme legi. sed nulla consci
entia erronea est conformis pme legi cū nul
la falsitas sit conformis summe veritati. igitur
rē. Secunda est q creatura rationalis
obligatur nunq siue conscientie erronee se dif
formare. Patet quia tenet nunq agere con
tra suam conscientiam. Nam quicunqz agit
contra conscientiam peccat sicut appaz per
glosam ma. sup illo Ro. xij. omne qd non ē
et fide peccatum est. igitur rē. Tertia est
licet creatura rationalis nō obligatur ad fa
ciendum contra conscientiam etiam errone
am tamen ipsa obligatur in casu ad facien
dum aliquid qd est contra conscientiam su
am. qd tamen potest ab ea fieri non agendo
contra conscientiam scilicet deponendo eā
Prima pars patet ex secunda propositione.
Secunda patet in casu posito arguendo.
Tertia vero patet quia licet sit impossibile
ipam scire vel opinari in particulari suaz cō
scientiam esse erroneam quia sic haberet iu
dicia contraria. tamen istam cōscientia quā
nunc habet potest cognoscere fuisse errone
am r deponere eam. Et sic poterit agere illd
ad qd tenetur r non peccare. Quarta est
q licet creatura rōnalis non necessitat aut
obligatur ad peccandum tamen ipsa obliga
tur in casu ad faciendum aliquid qd est sibi
peccatum. prima r secunda satis patent sed
tertia pars patet in casu posito arguendo In
quo iste peccat per actū ad quē tenetur Un
ex hīs soluitur ratio. Unde dico q in isto
casu for. tenetur credere. tamen tenetur non
credere scōm illam conscientiam siue stante
illa conscientia peccati ergo tenetur non cre
dere cum tali conscientia. sed tenetur crede
re sine illa. Si vero dicatur q credendo
cum illa conscientia non peccat habendo ta
lem conscientia quā tenetur deponere. Cō
tra. quia si esset aliquis actus indifferentis r for.
haberet conscientiam sicut prius q teneret
facere oppositum siue non facere r tamē face
ret ipse peccaret p p dicit. Et tū nō hōdo illā
sciam s. faciendo s. rē. q videt possibile sic
credere r nō peccare vel saltē iste magis pec
cat qn facit a. q faceret si solū crederet se te
neri ad nō faciendū. igitur in faciēdo peccat. qre
rē. S forte diceret h q nō est silē qn tene
tur ad illud r qn est indifferentis q si circūscri
pta tali cōscia teneret ad illud tūc posita illa
scia q nō teneat ipse tūc tenet. secus aut si nō

teneat ad illud circūscripta illa conscientia. Nā
ipsa opposita scilicet q teneat ad oppositum
tūc ipse teneret ad nō faciendū illud r iō nul
lus actus in tali casu est indifferentis q tū fo
ret indifferentis illa conscientia circūscripta nec in
tali casu illa conscientia esset erronea sed vera.
Et esset simile in isto casu sicut de plato. qm
si platus me picipiat mihi oppositū alicuius
ad qd teneor ex pcepto dei. claz est q non te
neor: sibi i hoc obedire nec minus tencor: ad
illud qd pus. r si piciperet mihi aliud qd esset
ante pceptū indifferentis stat q ppter hoc pce
ptum teneat illud facere r sic nō erit indiffe
rens sic in posito conscientia quodāmodo ge
rit tipū plati. S licet iste modus dicēdi possit
pbabiliter sustineri. tū nō pbaf nec videt ita
verisimil sicut oppositū. Hec vtz est vniner
saliter q platus possit illo mō facere. de quo
libet indifferenti actu r p psequēs nec de con
scientia hoc est pcedendū scz q nullus actus sit in
differens rē. Hoc em psequēs est nimis rigo
rosus. Et tū psequētia p r q in h nō videt tū
posse pscia sicut platus rē. nec pscia rē. Itē se
quit q pscia possit facere de pscio diuio esse
pceptū r tū possit in h sicut vorū imo possit
facere aliqd mō eē pceptū r mō nō eē rē. Cō
sequētia satis patet q nō est obligatio sine p
cepto diuio imo nisi deo volēte creaturā sic
obligari rē. sicut p r ex pmo articulo. S ista
psequētia videt eē irrōnabilia rē. Quicūqz
tū sit de h. p r ad formā rōnis q in casu posito
pcedo antecedens r nego psequētia. q licet
qd cunqz illoz faciēdo peccet tū alter pōt fa
cere nō peccādo vt patet ex dictis. ideo non
obligatur ad impossibile. Et h de pma dubi
tatione rē. T Ad scōm dubitātoez ar
guitur q nō qz creatura rōnalis potest deuz
odire r tamē deū nō est possibile ad hoc eaz
obligare q sequit q ipa possit mereri odiē
do deū quod est ptra paris. articulū. qre rē.
In oppositum arguitur quia sicut deus pōt
picipere vnū impossibile ita videt q quodli
bet possit absolute. quare r cetera. Pro
solutione huius pono propositiones. Pri
ma propositio est q de obligat ad multa pos
sibilia r tamen possit obligare ad illorū op
posita. patet satis cuilibet catholico. Se
cunda propositio est q quodcunqz deus
potest obligare ad aliquid r potest etiam ob
ligare ad eius oppositum tunc potest simul
nō obligare ad opposita. sic sunt ire ad capos
manere i camera. l. eoz opposita Nā q rōe de



no potest non obligare ad aliquod istorum ea dem ratione poterit non obligare ad neutrum illorum quia ad unum potest obligare ad aliud oppositum. sicut sunt ieiunare. ire ad ecclesiam etc. In talibus autem satis clarum est quod ipsorum transgressio solum est mala quia prohibita. Et idem credo esse in omnibus aliis quibus non sit de omnibus sit clarum. Tertia est quod deus obligat ad aliquod possibile ad cuius oppositum non posset obligare. Patet quod deus obligat creaturam rationalem ad obediendum sibi. et tamen deus non posset eam obligare ad hoc quod teneat sibi non obedire. Quod patet. quia si deus oppositum. tunc quomodo tenet obedire vel non. Si sic habet oppositum. quia tenet et non tenet quod est impossibile ergo antecedens quod est oppositum positi etc. Et consequentia patet quod tenent non obedire alicui est tenent ad aliud. Si dicat quod non sequitur idem. quia tenent obedire alicui est tenent ad aliud quare etc. id ad rationem per oppositum negat antecedens siue similitudo etc.

Ubi sequitur quarta et responsali oppositio quod deus non potest creaturam rationalem ad quodlibet possibile obligare nec quodlibet possibile sibi precipere loquendo de precepto proprie. ut magis patebit. Ad rationem ergo ante oppositum non oportet respondere cum non concludit nisi oppositum tamen deest materia est videndum. Nam aliqui procedunt consequens per inveniendum illatum sicut de kam. Ipse enim procedit nec reputat inveniendum tenens quin voluntas creata possit merito deum odire. quia deus posset illud precipere cum possit quicquid fieri non implicat contradictionem. Illud autem preceptum fieri non implicat contradictionem. quia creatura hoc posset facere. possit enim una creatura alteri precipere quod odiret deum. Cum igitur deus possit per se immediate facere in genere cause efficientis. quicquid potest facere mediante causa secunda. et ipse possit mediante creatura tale preceptum facere. sequitur quod per se potest. Tali autem precepto a deo facto creatura obediendo meretur. quare etc. Ubi Sed ista opinio non placet magistro Gregorio. Ubi primo dicit quod impossibile est quod quis odiendo deum mereatur. Quod probat quia si sic. possibile esset naturaliter quod quis simul diligeret et odiret eum. consequens est falsum. quia impossibile est naturaliter contraria simul in eodem. Et consequentia patet. quia cum omnis actus meritorius peccat ex charitate nulli actui meritorio est incompensabilis actus charitatis. Confirmat quod si talis odies meretur hoc est eo quod deum diligeret volens implere eius preceptum. Secundo dicit ad rationem

alterius opinionis quod deus posse tale preceptum facere potest dupliciter intelligi. Uno modo sic quod cum hoc enim coagat in illo iudicium quo iudicet illud preceptum fieri a deo. et esse implendum et similiter coagat actum odii. Et isto modo negat illud esse possibile. quia si sic sequitur quod deo auctore esset quis deterior. Alio modo quod simpliciter faciat preceptum. non autem ad predictos actus coagat. Et tunc non sequitur quod ille possit odire merito immo nec odire. Tertia dicit quod dato tali precepto ille non tenetur nec deberet illud implere quia impossibile est quod daretur illud preceptum ad executionem. sicut impossibile est eius executionem a deo esse volitam et si aliud iudicaret ipse erraret. Et si etiam ex tali iudicio odiret non mereretur sed forte daretur ad temptationem et probationem eius aut aliam causam sicut fuit de precepto dato abrahe etc. Quarto dicit quod quis deus posset talem orationem preceptivam facere se solo. non tamen sequitur quod deus posset precipere illud alicui aut facere talem orationem alicui preceptivam. Posset enim illam enuntiationem causare non significativam seu non illius sed alterius significativam. et sic per eam nihil preciperet. quare etc. Sed siue ista responsio sit vera siue falsa. tamen non est sufficienter probata. ut patet intuitu quia non apparet contradictionem. quod deus posset facere talem preceptionem et obligationem. Nec sequitur quod deus vellet creaturam peccare. idcirco in responsione ipse petit principium. Nec rationes huc contra aliam opinionem valent. quia cum loquamur de potentia absoluta dei non est ad propositum illud quod arguit quod naturaliter actus contrarii non possunt esse in eodem. Nec valet probatio consequentia. quia quod accipit merito procedat ex charitate non est simpliciter necessarium. sed solum de lege ordinata. quare etc. Nec valet confirmatio quod stare quod odies implet preceptum absque hoc quod vellet implere preceptum propter deum. Aliud enim est implere preceptum propter deum aliud vellet implere. Nec etiam oportet quod si deus daret preceptum tale quod ipsum implens mereretur propter hoc. stare enim hoc non obstante quod deus non acciperet actum etc. Idcirco qui vellet dicere quod deus potest obligare ad odium sui possit nihilominus sustinere articulum pariter. quia diceret quod non scilicet iste per preceptum de odiedo deum. et implet preceptum

ergo meretur. Vel si vellet sustinere. sequens cum prima opinione posset illi articulum restringere ad legem ordinatam dicens quod magis factus fuit ille articulus ad reprehendum claros nepias aures offenderet propter eius falsitatem etc. Sic tamen nihil assero quod quicquid sit deus nihil est contra dicta. Et hec de secunda etc. Ad tertiam dubitationem arguitur quod sic. quod deus potest aliquam rationalem creaturam producere quam non possit obligare ergo a fortiori aliquam quam possit non obligare. Consequentia patet sed antecedens probatur quod deus potest aliquam producere quam non possit peccare. Nam secundum Augustinum et magistrum in. cliv. di. huius primi de potentia fecisse homines qui nec peccare posset aut vellet. sed illa deus non possit obligare quia si sic cum ille potuisset libere obligationem non implere et deus ad hoc non peccaret. sequitur quod potuisset peccare In oppositum arguitur. Non potest aliquam rationalem creaturam producere quam illa recipiat beneficium creationis a deo et per consequens quin illa sibi obligatur. etiam secundum aliquos infinite per illo etc. Pro solutione huius probabilis et nihil temerarie asserendo pono aliquas propositiones. Prima est quod absolute est possibile rationale creaturam esse a deo et ipsam non obligari ab eo. patet quia proprie loquendo de obligatione ut hic sumitur creatura rationalis non obligatur nisi quod deus vult ipsam tenent ad aliud vel aliquid vel non esse. sed nulla contradictionem apparet quod deus velit ea esse et non velit ea tenent ad aliud sicut de facto est de irrationabili creatura etc. Ita quod ipsa creatura rationalis sit ita absoluta ab omni obligatione quod quicquid faceret pro illo statu non peccaret plusquam a se vel canis aut alia creatura irrationalis. Secundo huiusmodi dicitur sic. quod si creatura rationalis intraret furiam non ex culpa sua vel si deus crearet illam in tali statu sine culpa. ipsa non peccaret quicquid tunc faceret. igitur etc. Tertio sic deus potest creaturam rationalem per statum furie ad nihil obligare. sic non minus hoc absolute potest per statum qui est capax rationis. sed primo potest scilicet multos. igitur secundum. Consequentia probatur quod deus est prior ad miserendum quam ad alia opera. intra illud. Diferentia est super omnia opera eius. sed tamen creaturam rationalem puellam et nihil scientem obligat ad iustitiam originale quam a fortiori ipsam rationem capacem posset non obligare ad tale etc. Quarto secundum aliquos omne opus infidelium est peccatum non obstante quod fides sit eorum que sunt supra rationem naturalem et per consequens ita potest

facere de sua misericordia infinita quod nullus actus vel operatio rationalis creature esset peccatum. immo iste due rationes videntur plus concludere scilicet attenda misericordia dei ipse possit ordiare quod quodlibet factibile a creatura sit consilium ita quod quicquid faciat non solum non sit peccatum. immo meritum sed hoc non assero et cetera. y Secunda oppositio et responsalis ad rationem in oppositum quod absolute possibile est rationalem creaturam beneficium creationis recipere a deo et tamen nec finite nec infinite obligari pro illo. patet ex alia propositione et per exemplum de creatura irrationali que proprie loquendo ad nihil obligatur. Et ex hoc patet quod collatio beneficium non est radice vel principalis ratio obligationis et cetera. Sed declaro etiam specialiter quod non infinite etc. immo dico quod non potest infinite obligari. quia ipsa creatura nec beneficium receptum nec illud ad quod tenetur potest esse infinitum ideo non apparet unde obligatio esset infinita. quare etc.

Tertia et responsalis ad materiam rationis ante oppositum est quod non est possibile quod deus producat aliquam rationalem creaturam et non possit obligare eam. patet quia non est ratio quare deus non possit velle eam tenent ad aliud etc. et per consequens etc. Quarta sequitur ex ista scilicet quod non est possibile quod deus producat aliquam rationalem creaturam simpliciter impeccabilem per naturam. patet. quia non est ratio quare deus non possit velle ei aliquid precipere quod ipsa non possit implere et per consequens peccare. Sed oppositum huius tenetur de kam. Ubi propter auctoritatem supra dictam dicit quod deus posset facere hominem qui non posset peccare. Et ulterius dicit quod ille non esset cum illis qui modo sunt eiusdem speciei specialissime. Quod probat sic. Quia quodcumque aliquid convenit alicui individuo speciei specialissime nulli individuo eiusdem speciei repugnat formaliter consimile. Hoc enim habet pro regula generali in pluribus passibus. Sed isti homini demonstrato. Sorte qui nunc est convenit posse peccare ergo ille homo cui hoc repugnaret esse alteri speciei specialissime. Si vero dicatur contra istam rationem quod illud assumptum est falsum. quia Sorte convenit posse peccare et tamen isti homini demonstrato Christo repugnat posse peccare non obstante quod sit eiusdem speciei specialissime et cetera.



Secundo homo est species specialissima quod non potest esse homo alterius speciei quam sicut iste qui potest peccare. Ad hoc valde probabiliter respondet. Ad primum dicitur quod quis verbo diuino repugnet posse peccare. tamen illi nature que est verbo vnica non repugnat. Nam si dimittere retur a verbo posset peccare. Et illa natura est eiusdem speciei specialissime cum isto homine qui potest peccare et non cum verbo. quare etc. Ad secundum dicitur quod homo dupliciter accipi potest. Uno modo pro omni proposito et corpore et natura intellectuali. et sic non est species specialissima. id est iste homo si fieret impeccabilis non esset eiusdem speciei specialissime cum isto etc. Alio modo pro proposito et corpore et tali anima intellectuali quale nos habemus et homo sic sumptus est species specialissima nec ille qui fieret impeccabilis esset homo isto modo accipiendo hominem. quare etc.

Super ista opinionem multipliciter instari potest. Primo contra illam regulam suam instat hoc quod caliditas remissa patitur secum frigus et tamen hoc repugnat caliditati intense que tamen est eiusdem speciei. Similiter ligno pedali repugnat poni ex duobus pedibus et tamen hoc uenit ligno bipedali. quare etc. Sed ad istas instantias facillime potest dici quod regula est de his que essentialiter et formaliter ueniunt alicui vel repugnant in quantum est talis speciei. sic autem non est in istis ut patet ideo simpliciter concedo illud assumptum. Sed secundo arguo contra illud quod dicitur quod potest esse homo alterius speciei specialissime ab isto. nam quod hoc nomen homo est nomen speciei specialissime. nec potest esse nomen generis nisi per nouam impositionem. Et ideo quis etiam deus posset facere creaturam aliquam rationalem simpliciter impeccabilem non tamen hominem etc. Quod confirmat sic. quod si poneret talis homo impeccabilis ille esset nobilioris speciei et perfectioris. quam ille angelus lucifer qui per superbiam cecidit non ergo deberet dici hoc modo. Consequenter uideretur bona sed assumptum patet. quod ista differentia scilicet impeccabilitas per naturam. que est illi homini essentialis uideatur esse nobilior quam aliquid habitum a lucifero. et per consequens uideatur esse perfectior eo etc. Z

Super hoc quod sit de hoc arguo principale dictum et probatur quod nulla creatura rationalis potest de facere simpliciter impeccabile. quod de potest sibi dare preceptum vel gratia esset libera vel non. Si sic ergo factum precepto libere posset obedire vel transgredi et per consequens peccare. si ergo non sit libera ergo nec rationalis. Si quis autem dicat quod deus posset facere aliquam creaturam rationalem vel liberam que

quid tamen sit de hoc tamen dato illi precepto ipsa posset illud non implere. quia deus posset ad impletionem illius sibi non coagere. quare etc. Quod firmat quod secundum magistrum li. ij. di. xv. solus deus est in quem peccatum cadere non potest. Quarto ostendo quod illa ratio non capit uerba Augustini et magistri ad intentiones ipsorum quia uterque dicit de homine iam factum quod deus poterat eum tale facere qui non uellet peccare nec posset. Et tamen secundum magistrum deus non posset facere hominem iam factum alterius speciei quam est ergo non est adpositum dicere deum posse hominem alterius speciei fecisse qui non potuisset peccare. Dico igitur quod intentio Augustini secundo super Hebr. c. iij. unde trahunt illa uerba magistri. est solum respondere illis qui dicunt quod deus debuit hominem fecisse tales qui nullo oino peccare increpantes deum quod hominem permittere temptari et peccare. Unde ad hoc respondendo dicitur quod oino melior esset natura que peccare non uellet quam illa que facere uult. Utrum autem deus posset facere hominem qui oino peccare non posset nihil oino determinat Augustinus salua reuerentia magistri. ideo magister non uideatur habere intentionem Augustini nec deus etiam intentionem magistri. Non enim intendit magister quod deus posset facere hominem impeccabilem per naturam sed per gratiam. ita quod cum tantis donis generis doretur quod non peccaret nec unquam sibi coageret nisi ad bene agendum sicut fuit de anima christi. et est de beatis. et sic non potuisset peccare. sed potentia propinqua. sicut dicimus quod graue non potest descendere quam impedire nec frigidum calefacere aut obscurum illuminare. id est potentia propinqua quam quis absolute potentia remota habet posset quod frigidum potest fieri calidum et obscurum luminosum etc. Sic etiam in proposito. quare patet quod non ualet super dicta ratio. Nec sequitur si homo non posset peccare isto modo quod id esset simpliciter impeccabilis. nec quod esset alterius speciei ab illo qui posset peccare. Unde si alicui homini deus nullum preceptum dedisset. siue eum ad nihil obligasset quod est absolute possibile per primam propositionem illam posset peccare potentia propinqua. nec tamen esset alterius speciei ab alio homine peccatore sic graue impedire quod non potest descendere non est alterius speciei a graui descendente. Et sic patet ad dubitationem et eius rationem.

Et hoc de tertio articulo.

A
De
tercio
um
sententi

arum in quo principa liter agitur de incarnatione uerbi et de donis ac stirpe christi. Queritur utrum melius sit anime christi per unionem realem uerbi incarnatione quam per intentionalem alicuius doni creati.

Arguitur primo quod non. quod melius est anime christi per unionem intentionalem create gratie dei quam per unionem realem incarnate persone uerbi. igitur questio falsa. Quia est clara. Quia probatur quod melius est illi anime per illam gratiam quam posset bene esse nature irrationali vel simpliciter non cognitiue sicut nature asini vel lapidis. Nam talis natura non est capax tanti bene esse etc. Et tamen tali nature potest realiter uniri persona uerbi sicut aie christi. cum illa persona sit omnipotens et omnis natura creata sit in pura potentia obedientiali ad ipsam. igitur etc. Confirmatur. quod de facto ita fuit in triduo mortis christi quod persona uerbi realiter uniebatur nature irrationali. scilicet corpori christi mortuo. et tamen non erat illi ita bene per illam unionem sic bene est anime christi per unionem gratie create. ut clare est. igitur etc. Secundo principa liter arguitur sic. melius est anime christi per unionem intentionalem theologice virtutis quam per unionem realem conuocatiuam ydeomatam. igitur questio falsa. Quia est clara. Quia probatur quia infinite bene fuit anime christi per alias virtutes theologicas infusas. Nam per illas merebatur infinite. Quod patet quia per scientiam infusam et creatas cognitio nes illa anima fuit infinite sciens. Nam si cut determinat magister. tamen. diuisio. huius terti anime christi per sapientiam gratis datam. oia scit que deus scit. et per omnia infinita. igitur etiam per gratiam creatam et infusas virtutes fuit infinite merens. Confirmatur. quia anima christi per illas virtutes de condigno meruit redimere genus humanum imo secundum Anselmum sufficisset pro infinitis mundis si essent etc. igitur illud meritum fuit infinitum. quod nullum finitum pro tot et tantis precemio esset condignum. Tercio principaliter arguitur sic. quod melius est anime christi per unionem beatificam quam per ypostaticam. igitur questio falsa. Quia

rius non solum numero sed specie. patet quod quoniam aliquid cui repugnat vnus contrarior. statim cum reliquo illud quod sibi repugnat et ipsum necessario differunt specie. **U**erbi gratia. dulcedo in lacte et patitur albedine et nigredo non statim cum ea. sic igitur dulcedo et nigredo differunt specie. patet etiam per rationem quod quoniam aliquid sunt eiusdem speciei quod quid formaliter repugnat vni et alteri et quod id statim cum vno statim cum altero. patet de duobus albedinibus. sed fides acquisita circa vnum articulum statim cum errore circa alium sed non circa eundem. sed circa vnum fides acquisita et circa alium sunt distincte specie. **Et** istud est argumentum generale ad probandum distinctionem specificam. **Y** **Secundo** dubium est utrum sit tamen vna fides infusa respectu omnium articuloz sicut vna caritas respectu omnium diligendorum. **Ad** hoc potest varie responderi. **U**no modo quod fides infusa habet aliquod plerumque obiectum immediatum quod potest esse premissa ad inferendum quodlibet articulum fidei in speciali. et est illud. obiectum reuelatum a deo est verum. pone exemplum. **U**trum sicut illud plerumque est principium inferendi quodlibet articulum in speciali. sic habitus fidei infuse cuius illud est obiectum immediatum inclinatur mediate ad actum elicendum circa quodlibet articulum virtute illius plerumque. **H**oc sic tamen quod ille habitus sufficiat cum intellectu elicere actum credendi circa articulum in speciali. imo nec ad actum credendi illud principium quod est suum immediatum obiectum sic patet in puero baptizato quod habet infusam et tamen nullum actum potest elicere sine fide acquisita. **Et** his patet quod eadem fides in antiquis et modernis. quod alio modo in speciali credebant et alia credibilia quam nos. imo aliquid credebant quod nunc est falsum. **Credebant** enim de futuro. nos de preterito. pone exemplum. **U**trum tamen non fuit proprie loquendo idem articulus de veritate christi quod modo. et tamen non obstante ista diuersitate fuit in eis et in nobis vna fides in specie quod idem plerumque fuit obiectum immediatum fidei eorum et nostre. **Y** **Secundo** ex his patet quod non repugnet quod aliis habeat demonstrationes siue sciam. et tamen non potest fide infusam. quoniam potest fide acquisita. sic aliis potest habere fidem circa principium et noticia euidens circa conclusionem. scilicet per experientiam. non tamen potest simul habere fidem acquisitam circa conclusionem et noticia euidens. **U**trum aliis potest habere fidem infusam circa istud completum. obiectum reuelatum et tamen tamen habere scientiam respectu vnus articulus in speciali ut

satis patet. Alio modo potest rīderi. q̄ non est inconueniens q̄ multoz effectuz specie distinctoz sit vna causa equiuoca. si cut patet de sole respectu hominis et asini. Et sic fides infusa tanq̄ causa equiuoca inclinā immediate ad actus credendū oīuz articuloz diuersos specie. et tamen non inclinā ad actum vnum circa omnes. quia nō inclinā nisi mediāte fide acquisita que est diuersa specie respectu diuersoz articuloz. Nam quoz sunt articuli tot sunt fides acquisite et actus specie distincti. Nec ē inconueniens q̄ de^o causet in intellectu viatoris habitum fidei infusum inclināntes immediate ad credendū omnes articulos fidei supposita fide acquisita respectu vni^o cuiusq̄. Sed vtrum inclinēt ad credendū omnes vno actu pbabilius videtur q̄ nō. vt dictum est. tamē neutra pars est euidēs.

Si s̄o obijciatur q̄rendo quomodo potest saluari vnitas fidei respectu conclusionum oppositaruz. Christos morietur et christus non morietur. quia cum habit^o naturaliter inclinēt sic inclinā ad actū suum q̄ non ad oppositū. Apostoli autem an passionem credebant illud cōplexum. xp̄s morietur. et post. illud. xp̄s non morietur. et tamen per eandem fidem. Respondeo q̄ fides acquisita respectu vtriusq̄ cōplexi est alia et alia sed infusa eadem. Nec est inconueniens q̄ causa naturalis concurrēdo cū alia et alia causa partiali habeat effect^o contrarios. sicut calor cū humido radicali cōseruat et confortat. et sine humido vel cum humido non naturali corrumpit et consumit. Sic etiam fides infusa cum fide acquisita inclinā aliquando ad istam. christ^o morietur. et aliquando ad istam. christ^o non morietur. sed cum alio habitu vel actu acquisito. Eodem modo potest dici de primo obiecto spei q̄ aliq̄d cōplexum est eius obiectuz immediatū et mediante illo inclinā ad alia obiecta secundaria spei. Et eodem modo etiam de caritate q̄ obiectum eius primum est aliq̄d cōplexum. scilicet deus. et omne quod deus vult a me diligere est a me diligendum. et mediante illo tanq̄ principio partiali inclinā caritas ad diligendum proximum mediāte. vlt^o possumus dicere q̄ immediate inclinā ad omnia diligibilia caritative. Unde si diligam deum et omne quod vult a me diligere.

et post constat mihi per scripturam q̄ vult inimicum diligere a me. tunc caritas infusa inclinā ad diligendum inimicum mediāte actu suo et caritate acquisita et voluntate siue vt cā mediāta siue vt immediāta vtrūq̄ potest dici. sed si cōstaret q̄ inimicus eēt damnatus sicut in p̄ria caritas inclināret ad non diligendum. et sic eadem caritas in via et in patria inclināret hic ad diligendum et ibi ad oppositum. Et hec de secūdo articulo pro nunc. De tercio articulo nihil hic specialiter tractat. quia ex dictis in primo articulo. et per tres rationes an^o oppositum patet satis pars negatiua quęstionis.

Et sic est finis tercij sententiā.

A Ircā quar tum senten

tiā. In cui^o p̄ma et secūda distinctioibz mgr̄ tractat in generali de sacramentis et de differentia sacramentoz legis christi et legis Moysi. Quero p̄mo istam questionē. Utrū ex lege christi recepta sit summa p̄fectio sacramentoz. Arguit q̄ nō. Quia si sic hoc maxime esset q̄ sacramēta legis xp̄i sunt cause effectiue gratie sic videtur innuere mgr̄ p̄ hoc ponens differentia in l̄ra inter sacramēta legis christi et sacramēta legis moysi. Sed hoc nō valet. q̄d p̄bo tripl̄r. Primo. q̄ s̄m Augu. lxxvij. q. q. liij. Soli deo uenit anas illuminare sc̄z per gratias. igit̄ nihil aliud a deo potest efficere gr̄am. quare. Secundo. gratia creat in aia. quia licet p̄ducatur in subiecto nō ex subiecto. q̄ creatura creare nō potest. Nam hoc soli deo uenit s̄m Aug. iij. de tri. ca. xvij. et alijs multis locis. igit̄. Tercio. q̄ supposito q̄ sacramēta legis xp̄i efficerent gr̄am. nō p̄pter hoc nō cōcluderet ipsa esse p̄fectissima seu p̄fectiora sacramētis legis antiq̄. Nam mgr̄ in l̄ra distinxit generaliter sacramētū q̄d est inuisibilis gratie visibilis forma. ita vt eius similitudinē gerat et causa existat. q̄d nō potest intelligi nisi de causa efficiente. vt patet in ductiue. igit̄ sacramēta legis antiq̄e ita bñ sunt cause effectiue gr̄e sicut sacramēta legis xp̄i noue. et p̄ p̄ns sequit̄. oppositum. et.

Oppositum arguit ex lege p̄fectissima recepta sunt p̄fectissima sacramēta. sed lex xp̄i noua est p̄fectissima. igit̄. In ista q̄stione sicut et in oībus sequentiibz erūt tres articuli. ex quibus patebit questio. Prim^o erit iuxta materiā primi argumenti Utrū sacramēta legis noue habeant causalitatem effectiuā respectu gratie. Secund^o erit iuxta materiā secundū argumenti Utrum posse creare simpliciter repugnet creature. Tercius erit iuxta materiā tercij argumenti Utrū sacramēta legis noue sint p̄fectiora sacramētis legis antiq̄e. et.

B Quantū ad p̄mum articulū ponā tres conclusiones responsales. Quarū p̄ma

est q̄ nullum sacramētū debet p̄pter hoc dici causa effectiua gratie q̄ in ipso sit aliq̄ virtus sp̄ialis que sit ei principium agēdi inq̄stum est instrumentū diuine misericordie et p̄ quā ip̄m sit cā characteris vel ornatus aut cuiuscūq̄ alterius dispositiois in anima ad gr̄am p̄uic. Ista conclusio est s̄ sanctū Thomā. p̄ cuius intellectu e^o opinio potest hic sub quatuor dictis breuiter recitari. Primo em̄ dicit q̄ oēs ponere cōgunt sacramēta noue legis esse aliq̄ modo causas gr̄e. tam p̄pter autoritates sc̄roz sicut est illa Augustini sup Jo. omel. viij. vbi dicit. Que virtus ista aque vt corp^o tagat et cor abluat. Et loquit̄ de aqua baptismali innuēs q̄ illa abluat cor sine aīaz. q̄d nō videt̄ posse fieri nisi causando gratiam tam p̄pter cōe dictū. q̄ dicit̄ cōiter q̄ sacramēta noue legis efficiunt quod signant.

Secundo dicit q̄ bñōi sacramēta non p̄nt poni cā gr̄e sine q̄ nō. q̄ cā sine q̄ nō est t̄m causa p̄ accūs. Nam tūc nō poneret̄ in ei^o diffinitioe cui^o oppositū fecit mgr̄. Tercio declarat ista opinio q̄liter sacramētū ponendū sit cā gr̄e. et dicit q̄ causa efficiēs distinguit̄ dupliciter. Vno modo ex p̄te effectus sc̄z in cāz dispositiuā q̄ inducit effectū p̄mum et imp̄fectū. et in cām p̄fectiuā q̄ inducit effectum p̄ncipales et vltimātū. Alio modo potest distingui cā efficiēs ex parte efficientis scilicet in causam p̄ncipalem et cāz instrumentalem. Instrumentū autē duplicem habet actionē. vnā ex p̄pria natura. aliam put motū est a p̄ncipali agente. et quā habet secundā simul semp̄ habet et p̄mam. et illud ad q̄d attingit p̄ secundā que ei uenit inq̄stum est instrumentū aliq̄n est t̄m nus p̄ncipalis agētis. et aliq̄n est t̄m dispositio ad illum terminū. Tunc ad p̄positū dicit q̄ aqua baptismalis p̄ formam suam naturalem habet operationē p̄pria. sc̄z abluere vel madefacere corp^o. Uterius autē inq̄stum est instrumentū diuine misericordie habet effectū vltiorē non q̄dē ad gr̄az sic q̄ ipsam attingat in virtute p̄ncipalis agētis sed ad dispositionē p̄uicā que in quibūsdā sacramētis est caracter. in alijs autē est aliq̄s ornat^o aie p̄portional^o characteri.

Quarto dicit q̄ in sacramētis est aliq̄ virtus supnaturalis q̄ est ipsis principiu agēdi inq̄stum sunt instrumenta diuine misericordie. et hec virt^o est ens spirituale in

completum sine intentionale. multa alia di-
cit. sed hec sunt principalia ad propositum.
Hanc autem opinionem quo ad singula etiam
reprobatur multipliciter et diffuse. Jo. sco-
tus li. iij. solutione ad quartam questionem ad
quantam unice ratione probando. et similiter
De kam in prima questione quarti. **L** S; q;
nolo hic insistere arguo 3 ca unice ratione p-
bando conclusionem predictam. quia illa positio
est irrationalis que ponit pluralitatem sine ne-
cessitate. Nam hoc est contra doctrinam pho-
sophorum ut patet primo philosophorum de opinione mel-
lissi et anaxagore. et iij. de anima. et vij. philo-
sophorum. Quia enim natura nihil facit frustra semper
ubi paucitas sufficit ad salvandum apparen-
tias magis est ponenda. Et sicut sequendo
rationem naturalem nihil est ponendum nisi quod
ratio naturalis concludit. ita sequendo si-
dem nihil est ponendum nisi quod veritas fi-
dei convincit. S; predicta opinio nec ex
ratione naturali nec ex veritate fidei cogitur
ponere sacramenta legis nove esse causas effe-
ctivas gratie modo superius declarato. ut in
sequentibus patebit. Hec est aliqua necessi-
tas imo omnino fictio et supposita ponere uni-
versaliter in sacramentis talem virtutem su-
pernaturalem sicut in aqua vel in verbis pla-
tis. aut ponere in anima aliquam dispositionem
huiusmodi gratie que sit character vel ornatus. quod
sine tali pluralitate potest omnia salvari ut in-
ferius apparebit. igitur predicta opinio est ir-
rationabilis. et per consequens conclusio vera. Se-
cunda conclusio est quod nullum sacramentum de-
bet propter hoc dici causa effectiva gratie quod deus in
sacramento assistat per modum specialis presen-
tie. Ista conclusio est Henrici de gan-
terio q. q. iij. ubi tenet quod deus assistit specialiter
sacramentis. et per hoc vult salvare quod sacra-
menta sunt cause gratie. Contra hoc per conclusionem argu-
it Scotus sic. deus non est per se essentia presentia
vel potentia in aliquo sacramento plus quam in a-
liquo corpore. vel si ponatur aliter hoc non est nisi ad
aliquem effectum causandum. Sed quod sic sit ibi
non potest esse per aliquam causalitatem sacramenti.
sacramentum enim in nullo est causa deum deter-
minans ad causandum effectum sibi proprium. et
ergo tamen est ibi deus aliter quam in alio corpore et
determinatione scilicet proprie voluntatis que dispo-
suit sic operari cooperando tali corpori. et per consequens
vel opinio illa falsum presupponit scilicet deum
aliter assistere sacramentis quam dictum est. vel
ipsa habet procedere quod propter spalem assisten-

tiam dei sacramenta non sunt cause gratie nisi ad
istum sensum improprium quod deus in sacra-
mentis ordinavit sic agere non quod ipsa sacra-
menta sic agant. et de tali ordinatione et libertate promul-
gatione ipse certificavit ecclesiam. unde in hoc sen-
su tenet Scotus quod sacramenta sunt cause effe-
ctive gratie et non aliter. quod ipse diffuse decla-
rat sed transeo causa breviter. etiam quod ista po-
sitione satis clara est et forte clarior quam sua de-
claratio. patet per secundam conclusionem. et cetera. **D**
Ad videndum autem melius quomodo sacramenta sunt
causae gratie et quomodo non. et ad salvandum dicta scilicet
rurum doctorum distinguendum est de causa efficien-
te. quod enim causa est illud ad cuius esse sequitur alius
duplex potest aliquid dici causa. Uno modo proprie. quod
ad presentiam esse unius virtutis et ex natura rei
sequitur esse alterius. et sic ignis est causa caloris.
Alio modo improprie. quod ad presentiam esse unius
sequitur esse alterius. non tamen virtute et nec ex na-
tura rei. sed ex sola voluntate alterius. et sic
actus meritorius dicitur causa respectu pro-
mum. Sic etiam causa sine qua non dicitur causa. Et quod
sequitur primo quod causa sine qua non. non dicitur absolu-
te et simpliciter dici causa. quod proprie non est causa. Se-
cundo sequitur quod in naturalibus non reperitur aliquid
causa sine qua non respectu alicuius effectus. sed in
voluntariis bene reperitur talis causa. quod in natura
liberis per ex natura rei sequitur effectus. sed non
in voluntariis. Ista distinctione promissa
pono terciam conclusionem quod sacramenta legis nove
vel primo modo non sunt cause effectivae gratie sed bene
secundo modo improprie. Ista conclusio simul
quo ad utramque partem probatur sic. Ad presentiam
sacramentorum ex virtute ipsorum non sequitur gratia
solum ex virtute alterius sed dei sic agentis.
nec talis sequela est ex natura rei sed solum ex
voluntate libera dei. igitur conclusio vera. contra
tenet et terminis. Et ante patet. quod solum et eo
sequitur gratia ad presentiam sacramentorum. quod de-
us sic instituit quod non operatur gratia nisi po-
sitis sacramentis et ipsis positio cooperatur. Et
si oppositum institueret effectus oppositus se-
queretur. Ex hac distinctione sequuntur duo
correlaria 3 sancti Thomae. Primum est
quod quodlibet nove legis sacramentum solum
est causa gratie sine qua non. et ita potest intelligi omnia
dicta vel autoritates scripturarum aut doctorum que
vident sonare quod sacramenta legis nove sunt
cause gratie. Unde quando magister et sancti di-
cunt quod sacramenta nove legis efficiunt quod
figurant. non est intelligendum quod proprie
efficiant gratiam sed quod deus efficit eas ad

eorum presentiam. et hoc sufficit magistris et aliis
quod ponendum differentiam inter nova et antiqua
sacramenta. Secundo sequitur quod nullum sa-
cramentum legis nove sine per virtutem propriam
sine per virtutem ei collatam est proprie causa
efficiens alicuius dispositionis in anima ad gra-
tiam preve. Patet. quod talis ratio potest fieri de ta-
li dispositione sicut facta est de gratia. hoc etiam
diffuse probatur De kam in solutione prime questionis
nisi quarti libri. **E** Contra istud correla-
rium et secundam partem questionis arguo sic. et per
hoc quod sacramentum sit proprie causa gratie et etiam
dispositionis ad eam preve. quod videtur quod omne
illud quod posito ponitur aliud sit proprie causa il-
lius. Nam de ratione cause proprie dicte non
est quod ad ipsam necessario sequatur effectus
aut quod non possit poni sine ipsa. quod ignis est
proprie causa caloris tamen non necessario
sed mere contingenter ad ignem sequitur calor. sic
patuit de igne trium puerorum in fornace. si
milititer calor etiam igne presente potest produ-
ci igne nihil causante sicut patet si deus se so-
lo produceret calorem suspendendo actionem
ignis presentis. Igitur ad hoc quod aliquid sit pro-
prie causa alterius sufficit quod ipso posito ponatur
illud et ipso non posito non ponatur. sic
est de sacramentis respectu gratie et cetera. igitur et cetera. Et
confirmatur. quod sicut ad presentiam sacramento-
rum sequitur gratia solum ex voluntate alterius. scilicet
dei sic volentis. ita ad presentiam ignis se-
quitur calor solum ex voluntate dei. quod ipso sic
volente sequitur calor. et ipso sic non volente
non sequitur. Igitur ita proprie sacramenta sunt
cause gratie sicut ignis est causa caloris. cuius
oppositum dictum est. Pro solutione huius
dubii pono aliquas rationes. Prima est
quod quicumque deus facit aliquid effectum medi-
ante causa secunda. ipse non solum facit illud
effectum sed etiam facit causam secundam esse causam
illius effectus. Probatur quod deus facit omne posi-
tium. causam autem secundam causare effectum suum
est quod positum. igitur et cetera. Secunda po-
sitione sequens ex predicta est quod deus nihil fa-
cit fieri per aliud quam illud id est facit per seipsum.
Imo per natura et principaliter facit illud.
Tercia plus facit deus faciendo aliquid
effectum mediante causa secunda quam si faceret
eundem effectum se solo. quia in prima factio-
ne sunt plures termini divine actionis quam in
secunda factio. ut patet ex prima ratione
Quarta positio est quod nulla causa secun-
da sic est proprie causa alicuius effectus nec ali-

quis effectus sic ex natura rei sequitur et ali-
qua causa secunda quod causa necessario inferat
effectum vel quod effectus necessario presupponat
illam causam imo effectus pure contingenter sequitur
et secunda. et secunda causa pure contingenter
antecedit effectum suum. Quinta positio quod non
obstantibus predictis aliqua causa efficiens secunda
sic est proprie causa quod ipsa agit effectum virtu-
te propria. dico autem virtute propria non quodem per
propria per exclusionem virtutis extranee vel alie-
ne. sed virtute propria. id est virtute que est in ipsa
vel que est ipsamet et non sibi aliena. Sic enim
ignis agit calorem virtute propria scilicet aliquid virtu-
te que non est sibi aliena. Hec tamen excludo quod
agat virtute dei que est sibi virtus aliena et
a sua propria virtute distincta. **F** Secunda
positio est. Aliqua est causa efficiens secunda
ad cuius positionem sequitur effectus non so-
lum ex voluntate dei sed ex natura rei. et so-
la talis causa secunda est causa proprie dicte.
Ista patet ex precedente. quia effectus qui sequitur
ad positionem cause et hoc ex virtute pro-
pria ipsius cause non solum sequitur ex volun-
tate dei sed ex natura rei. Et bis patet ad
formam articuli. unde quod dicitur de ratione cause
proprie dicte non est quod ad ipsam necessario se-
quatur et cetera. Ideo sufficit quod ipsa posita et cetera. con-
cedo autem. quod facit per quarta rationem posita. scilicet
nego contra. quod nec primo requiritur nec se-
cundum sufficit ad hoc quod causa secunda sit
causa proprie dicte. sed requiritur et sufficit quod posi-
ta ipsa ponatur effectus. scilicet ex virtute ipsius
cause et non solum ex voluntate dei. sic autem
non est de sacramentis et cetera. Ad confirma-
tionem autem quando dicitur quod ad presentiam ignis se-
quitur calor solum ex voluntate dei. nego istud.
quia quod ignis producit calorem talis calor
sequitur ex voluntate dei principaliter. sed tamen
vna cum hoc virtute ignis. Et quod probatur op-
positum quod deo sic volente sequitur calor et cetera.
Dico quod hoc est verum sed non est ideo verum quod
ille calor sequitur solum ex voluntate dei. sed
quia cessante voluntate dei cessant singula
et quibus ille calor sequitur seu ponitur in esse
ideo et cetera. Unde concedo istam septimam po-
sitionem quod licet ad presentiam cause secun-
de proprie dicte sequatur effectus non solum ex
voluntate dei sed ex virtute ipsius cause et
ex natura rei. tamen quod presentiam alicuius
cause secunde sequatur aliquid effectus virtu-
te ipsius cause seu ex natura rei. solum est ex
voluntate dei. Nam hoc solum est quod deus vult
3 2

talem causam assumere ad coopandum si
bi talem effectum quem si vellet possit sine
ea pducere. Et qua sequit octava pō
q licet ois causa secūda p pte dicta causet
effectū ex natura rei. tū q ipsa sit cā pte di
cta non est ex natura rei qz solum ex volun
tate dei. Et hec de pmo articulo q sufficiat.

S Quantū ad secundum articulu
videndum est. vtrū posse creare simplr re
pugnet creature. qz etiam hanc materiam
tangit mō ca. vlti. v. disti. qrti. vbi videt
tenere q potentia creādi saltē ministeri
aliter seu instrumentaliter est cōcabilis cre
ature scz sacramētis seu ministris sacramē
torū. cuius oppositū videt pbare secūda rō
q. Unde p intellectu huius materie premit
to vnam distinctionē. scz q creare seu crea
tio in philosophia tū theologia solet capi
qdruplr. et tot modis sumitur annihilare.
qz quot modis dicitur vnu oppositorū tot
modis dicitur reliquum. Primo modo
creare cōmunissime et largissime sumit p
vt idē est q facere aliqd esse post nō esse. et
correspondēter annihilare est facere aliqd
non esse post esse. Et sic accipit pmentator
creare. in de aia vbi dicit q intellectus cre
at intellectionē. Et hoc mō generatio non
differt a creatione vlt corruptio ab annibi
latione. fm hunc modū clarum est q crea
tura pōt creare et etiam annihilare. ideo de
ista acceptione nihil dicam. qz etiam nec ē
ppria. Secūdo sumit creare minus cō
muniter et minus large. put idem est q fa
cere aliqd esse post nō esse ab illo agere qd
pōt hoc sine causali influxu materie vlt sub
iecti. et correspondēter pōt sumi annihilari seu
annihilatio. et sic accipit creare. qū dicit q
omnis res est creator vel creatura. qz licet
deus producat multa ex subiecto sicut oēs
formas materiales. tū dicit oia creare. qā
oia pōt pducere sine causali influxu mate
rie vel subiecti. Et fm hunc modū possibi
le est idē creari et generari. et idem annibila
ri et corrūpi. Multa em h mō creant q etiā
generant et pducunt ex matia vel subiecto
Unde hic et in seqntibz cum loquor de ma
teria non intelligo solū materiā pma que
est subiectū formaz substācialiū sed p ma
teriam intelligo quodlibet subiectū de cu
ius potētia pōt educi aliq forma. et sic intel
lectus est materia sue intellectōis sic etiā
eadem res est materia et forma. Nec ista ac

ceptio est impropria. qz sic capit p huc ma
teriā. q. phis. et v. metha. qū distinguit qru
or genera cāz. s. materiā formā efficiētē et fi
nem. qz aliter nō ois cā reduceret ad aliam
istaz. Tercio mō sumit creare magi stri
cte et magis pte. put idem est q facere ali
qd esse post nō esse sine cōcursu causali seu
influxu materie vlt subiecti sine subiecto p
supposito et quo illud fiat. et correspondēter p
sumi annihilare. Et sic accipit creare qū
dicit q anima creat vel grā in anima. qz licet
grā vel anima pducatur in subiecto nō tū ex
subiecto. Nam in suo fieri vel suo esse non
dependet causaliter a subiecto. Et isto mō
capiendo creare nō est possibile idem siml
creari et generari aut annihilari et corrūpi.
qz creatio et annihilatio nō p supponunt sub
iectū ex q generatio sō et corruptio illd p
supponunt. Et fm hanc acceptionē nō est
bona diuisio entis q oēs ens est creator vel
creatura. qz sic nullū ens generatū est cre
atura. Nam oēs generatū sit ex subiecto. Et
intelligo oia ista de pductione ad extra. qz
pducunt ad intra non essent vera. Nam
filius dei nō pducit ex subiecto et tū nō cre
atur sed generat. Clarū est igitur q nō stat
aliqd creare vel aliqd creari isto tertio mō
et non secūdo mō prius dicto. sed bñ econ
tra. tū qd quid pōt creare isto mō pōt crea
re secūdo mō et ecōtra. Ideo d secūdo mō
nihil dicit. qz dicto tertio patet de illo.

Quarto mō sumit creare satis stricte et
satis pte. licz non capiat sic cōmuniter p
ut idem est q facere aliqd esse post nō esse ab
agente se solo causante et sine cōcursu alteri
us cause efficiētis. siue pducatur ex subiecto
siue non. et correspondēter pōt sumi annihilare
Et sic capit creare. Beñ. j. c. vbi dicit. creauit
deus oēm animā viuētē et c. Ad em opoz
tet intelligere q deus tunc creat omnē ani
mam ex nihilo. sed id oēm talem animā cre
asse dicitur qz se solo pducit licet pducatur
ex subiecto. Et fm istū modū patz q bene
stat idē simul creari et generari. qz ille ante
de qbz dictū est fuerūt create qz a solo deo
facte. et tū fuerūt generate. qz ex subiecto p
ducte. Sic ergo patz quō creare dicitur qruor
modis. De qbz quatuor duo vltimi magi
sunt ad ppositum. ideo de illis solum ponā
tres pclusiones. **P**rima cōclusio
est q capiendo creare et annihilare quarto
mō p nullā potētiā siue ordinatā siue ab

solutam creatura potest creare vel annibi
lare. Secunda est q capiendo creare et
annihilare tertio mō et loquendo de potē
tia naturaliter ordinata nulla creatura pōt
creare vel annihilare. Tercia est q capi
endo creare et annihilare illo tertio mō. et
loquendo de potētia simplr absoluta qū
bet creatura potest creare et annihilare. Et
istam terciā non assero. qz cōiter negat ab
omnibz. sed eam solum pono pbabiliter et
disputatiue. Prima pclusio probat sic.
p nullam potētiā creatura se sola aut sine
alio agente cōcurrente pōt facere aliqd esse
post non esse. vel aliqd nō esse post esse. igit
tur conclusio vera. consequētia est clara. et
aīus patz. quia creatura nihil oīno pōt nisi
deo cōcurrēte. Nam sicut necessario deo est
oīpotens ita necessario si aliqd sit ipse est
oīfaciens. et etiam si aliqd de esse transit
in non esse ipse respectu illius subtrahit su
am influentiā cōseruatiuā. ac p hoc ipse ē
illius cā destructiua. Et hoc tenendū est
et fide licet nō possit pbari euidenter. et sic
patet de quarto mō creandi de quo breui
ter transeo. qz de illo modicū loquunt do
ctores. Secunda conclusio pbat. circa
cuius pbationem dico duo. Primo dico
q ipsa non pōt probari euidenti rōne. Tū
pmo quia oīs probatio eius potest apparē
ter solui etiam sequendo purā pbiam na
turalem. Tum secundo quia puri philoso
phi posuerunt oppositū sicut Auicenna q
cōcedit creaturam creare posse. imo de fa
cto creare. sicut patet. ix. metha. vbi ipse po
nit intelligentiā secundā esse cāz producti
uam terciē et terciāz quartē et sic deinceps.
illa aut intelligentia secūdo vel tertio pdu
cta creata est. et productio vtriusqz creatio
est eo mō quo ipse loquitur de creatione et
creatura sexto Metha. put scz creatio ē p
ductio de nihilo et est post nihil nō ordine
durationis sed ordine nature. put ipse expo
nit ibidem vel de nihilo id est nō de aliq ip
sius producti supposito. Hoc q mō ipse po
nit intelligentiāz secundā productā a deo.
et terciā a secunda nullo p supposito. et cape
esse post nō esse ordine nature sed nō dura
tōis. qz nō ponit nouitatem. et iste modus
ponendi est bene subtilis et valde probabi
liter sustinibilis. nec oppositum possit euī
dēter probari. Et quo patet error Aresto
tilio et sui pmentatoris q reputauerūt pnci

plum euidentē q ex nihilo nihil fit. siue q oē
qd sit sit ex aliquo. quia nec est euidentē nec
euidenter probabile. Et sic patet q p dicta
secunda cōclusio nō pōt euidenter proba
ri sicut dicit. **I** Dico tū secundo q ipsa
potest apparēter probari. Unde eam minus
est probare multiplr sanctus Thomas. s. z
oēs rōnes eius reprobat Scotus. eo q il
le supponunt multa falsa sicut ipse ostendit
in pma q. quarti. ideo ipse facit alias rōnes
qz etiam refellit De kā. q. qrtā secūdi. ostē
dens ibi eas nō pcedere et veris. Nolo tū
hic insistere sed probō seu psuadeo cōclusi
onem ostendendo pmo q de potētia natu
raliter ordinata nulla creatura potest crea
re id est aliquid facere esse sine subiecto cō
currente. Secundo q nec pōt annihilare
Primo probat sic. qz si creatura posset cre
are. vel naturaliter vlt libere. Primo nō pōt
dici q naturaliter. quia agēs qd equaliter
se habet ad plura producibilia eiusde rō
nis qstūm est de se vel oia producit vlt nul
lū. qz nō est rō quare illud et nō istud. sed a
gēs naturaliter equaliter se habet ad oia produ
cibilia eiusde rōnis qstūm est de se imo est
ad infinita et agit fm vltimū potētie. igit
si possit producere vnu non reqrendo sub
iectū receptiuum et quo producat pari rō
ne producat oia producibilia eiusde rōnis
cum illo. et psequēs poterit producere in
finita. hoc autem est falsum. igitur et c.

Secundo nō pōt dici q creatura possit
creare libere seu p libez arbitriū. quia sic
nō pōt creare nisi mediante suo velle. et tūc
si ponat q pōt creare per suum velle. vel h
erit sic q coipso q vellet ipsum produci
le esse ipm esset. vel sic q volitio posita esset
cā ipsius producendi seu creandi. Si se
cundo mō cum volitio posita et causata na
turaliter causet illud cuius est cā. patet q
redit idem argumentū qd factū est de acti
uo naturali. Si pmo modo cum volūtas
creata possit velle infinita eqliter sicut fini
ta et eq leuiter. igit poterit creare etiam in
finita. et si non p vnam volitionē tamē p in
finitas volitiones successiue. hoc autē vide
tur falsum sicut pus. qz non videt esse fini
te potētie posse producere infinita. Hanc
rationē prolixē tractat Adam p. q. quarti.
ipsam fortificando et declarando. et videt
mibi q ipsa bene concludit q creatura fm
potētiā naturaliter ordinatā seu pte

sua naturali non potest aliquid creare seu aliquid facere et non ex subiecto. et hoc tenent philosophi propter experientiam. quia videntur in multis tam artificialibus quam naturalibus quod omne quod fit. fit ex aliquo. sicut vestis ex panno. panus ex lana. ignis ex lignis et sic de alijs. Et non videntur instantias in aliquo. ideo tenentur quod quicquid facit aliquid de nouo facit illud ex aliquo. nec potest illud facere ex nihilo. et hoc est verum secundum potentiam naturaliter ordinatam. tamen videntur mihi quod cum omnibus predictis stat quod de potentia simpliciter absoluta creatura possit creare. quia deus absolute posset creaturam supernaturaliter concipere potentiam creandi. sicut patebit in tertia conclusione. quibus adam teneat oppositum et communiter omnes. Secundum probat scilicet quod nec etiam creatura potest naturaliter seu de potentia naturali annihilare. quia agens naturaliter semper intendit per prius productionem alicuius quam destructionem alterius. ideo quod potest annihilare potest creare etiam. Unde videmus per experientiam quod in operationibus naturalibus semper ad destructionem unius sequitur productio alterius. idem dicit aristoteles primo de generatione quod semper corruptio unius est generatio alterius. igitur etiam. Sed contra predictam conclusionem sunt tria dubia. Primum est utrum deus possit creare mediante creatura ipsa creatura pure naturaliter agente. Et videtur quod sic. quia deus creat animam humanam mediante homine ipso homine pure naturaliter agente. aliter in productione hominis homo non esset causa efficiens naturalis. igitur videtur quod creatura naturaliter possit creare saltem partialiter et instrumentaliter. Secundum dubium est. quia videtur quod creatura possit annihilare. quia peccatum mortale destruit gratiam et infidelitas fidem. sed destructio gratie vel fidei est annihilatio sicut earum productio est creatio. igitur etiam. Tercium dubium est contra modum probandi conclusionem quia per similem rationem probaretur quod creatura non potest naturaliter generare. quia arguitur sic. omne agens naturaliter non impeditur respiciens plura producibilia equaliter producit quodlibet vel nullum. Sed omne agens naturaliter equaliter respicit omnem formam producibilem de potentia huius materie ab ipso in eam. Et similiter illa materia vel subiectum indifferenter est in potentia ad receptionem cuiuslibet illarum. quia nec habent or-

dinem ad agens nec ad passum cum quilibet illarum omnino nihil sit. igitur producit quodlibet tale. et per consequens potest producere infinitas vel nullam potest etiam. Item si illa ratio aliquid probat non videtur aliud probare nisi quod creatura non potest aliquid producere nisi in receptiuo sicut anima et gratiam. igitur etiam. Pro solutione primi dubij sciendum est quod deum creare mediante creatura potest intelligi dupliciter. Uno modo quod deus creet aliquid creatura illud idem producat. sicut celum agit mediante lumine calorem quia lumen secum agit calorem. Et sic loquendo deus non potest creare mediante creatura. ipsa creatura naturaliter agente seu secundum cursum nature. quia si deus sic faceret esset miraculum. Utrum autem possit sic facere videbitur in tertia conclusione quod sic. Alio modo potest intelligi deum creare mediante creatura quia dat potestatem creature aliquid faciendi in aliquo receptiuo. quo facto ipse vult immutabiliter causare. sicut dedit potestatem homini sic disponendi materiam in generatione hominis quod ipsa sic disposita ipse immutabiliter velit animam intellectualem creare. Et isto modo posset deus multa creare per creaturam seu mediante creatura. quia ipse de facto sic non crearet. Sic enim potest conferre sacramentis vel ministris sacramentorum potentiam creandi. id est causandi aliquid effectum naturale vel faciendi aliquid naturaliter circa aliquod subiectum utpote circa puerum baptizatum. quod factum immutabiliter ipse vult creare. hoc autem potuit sed non fecit. sicut dicit Augustinus. omnes. v. super iohannem. et allegat illud magister quarto libro distinctio. v. Et sic dicit Scotus et adam post eum quod magister intelligit in illa distinctione deum posse concipere creature potentiam creandi. licet hoc non concipiat de facto sacramentis vel ministris sacramentorum. Pro solutione secundi dubij pono aliquos propones. Prima est quod nec peccatum mortale active destruit gratiam nec infidelitas fidem infusam. Secunda quod infidelitas bene destruit active fidem acquisitam. quia illa destructio non est annihilatio sed corruptio. sicut productio fidei acquisite est naturalis generatio. Tercia est quod peccatum mortale demeritorie destruit gratiam et infidelitas fidem infusam deus autem solus active destruit eas. sed non preseruando seu subtrahendo influentiam manutentionis sue ab eis. Quarta propositio est quod quicquid ponit casus culpe mortalis tamen cito et non

prius vel posterius tempore vel natura deus annihilat gratiam. Exemplum de obstaculo luminis. Ad tertium dubium potest responderi dupliciter. Uno modo secundum Occam quod tenet quod idem agens naturale de eodem passo non est in eternum naturaliter producere nisi unicum individuum eiusdem rationis adequatum sue actiuitati et eodem passo secundum numerum. et quia ista forma rediret quod idem agens produceret individuum eiusdem speciei et illa materia. Et istud tenet Scotus in libro quarto esse multum probabile et magis videtur ad hoc declinare. et secundum istum modum leuissime videtur ad illam obiectionem que fiebat contra illam rationem conclusionis sicut patet intuitu. Sed ad idem reprobat illud et ostendit quod idem agens numero possit de eadem materia numero producere diuersa individua sue virtuti adequata. sicut ignis de eadem materia multos ignes successiue producere potest. quod quilibet proportione actiuitati sue. Vide processum suum si placet. quia transito causa breuitatis. Secundo modo potest responderi secundum hanc viam ad illam obiectionem. pro quo pono aliquas propones. Prima sit hec. Quod agens naturale potest producere infinita. imo aliquid est agens naturale quod non potest producere quod producat infinita quia aliquid est agens naturale quod non potest producere nisi producat ens continuum. et quodlibet tale est in finitum. quia infinite partes proportionabiles. Secunda est quod nullum agens naturale potest producere infinita actu separata. patet quia non est possibilis infinita multitudo in diuisionem actu separatorum. Tercia est quod in finita actu separata eiusdem rationis potest agens naturale naturaliter producere seu generare de quolibet passo de quo potest unum individuum producere. patet quia cum unum possit producere et non solum unum ut dictum est sed plura eiusdem rationis sequitur quod non tot potest producere quod plura posset. et hoc si duraret. igitur etiam. Quarta propositio est quod nullum agens naturale potest naturaliter producere ex aliquo subiecto seu passiuo nisi unicum individuum vna vice. et ideo agens quia sit de se indeterminate ad recipiendum istud vel illud tamen passiuum non est naturaliter natum suscipere plura similia. Ideo agens ex subiecto determinatur ab ipso subiecto naturaliter ad producendum unicum vna vice quibus non determinet ab ipso passo ad plus producendum illud quod producit primo quam aliud secundo producibi-

le de eodem. Si vero queras a quo sic determinatur. Respondet Adam quod ab agente libero. scilicet a deo ipsum secundum agens proueniente et libere determinante ad producendum istud individuum plus vel prius quam aliud. Unum dicit quod ex hoc sumitur efficacissimum argumentum ad probandum quod philosophus maxime aristotilem et suum commentatorem deum esse agens liberum libertate contingente. Et hoc idem post eum tenet Gregorius libro primo in materia de intentione formarum. Et predictum patet faciliter solutio ad obiectionem contra rationem conclusionis. Sed ad confirmationem eiusdem obiectionis quando dicitur quod si illa ratio aliquid probet non videtur aliud probare nisi quod agens creatum non potest aliquid producere nisi in subiecto modo cum sit stat quod possit creare. etiam. Sic dico primo quod stat aliquid produci in subiecto et non produci ex subiecto. ut bene probat ratio. Unum differentia est inter illa sed bene difficile est illa explicare verbis. hoc autem debet videri super secundo libro. Dico secundo quod non stat naturaliter agens creatum aliquid agere in subiecto et illud non agere ex subiecto. Ideo ratio conclusionis procedit. quare etiam. Utrum autem agens creatum absolute possit aliquid facere in subiecto et non ex subiecto teneo quod sic. quia cum vtrumque. scilicet producere in subiecto et produci ex subiecto conueniat agenti creatori primum absolute possit separari a secundo. Non videtur quod primum absolute possit inesse sine secundo. quare etiam. Tercia conclusio probatur. Circa quam sciendum est quod sicut dicitur quod deus aliquid potest de potentia absoluta quod non potest de potentia ordinata. ita dico de creatura. idem procedo probabile quod licet creatura de potentia naturali seu naturaliter ordinata non possit creare vel annihilare ut dictum est. tamen illa potest de potentia simpliciter absoluta. scilicet supernaturaliter seu miraculose. Et hoc capiendum creare et annihilare tertio modo. Unum arguit primo sic. non apparet aliquid dicitur quod deus vellet vel absolute possit velle creaturam active facere aliquid esse post non esse vel non esse potest esse sine passo presupposito ex quo sic ageret. igitur hoc est absolute possibile. Secundo arguit sic confirmando predictam rationem quia si posse creare absolute repugnet create hoc esset matie quia necessarie esset quod deus creatura sit infinita. scilicet proba quod hoc non sit necessarium absolute. quia autem hoc esset ratione termini productionis. scilicet ipsi producti. aut ratione productionis aut ratione distantie inter terminum a quo terminum ad quem. scilicet esse etiam esse

Sed p̄mum non valet. hoc em̄ non eti-
git infinitatē. q̄ oīs terminus creatōis ē si-
nitus. Nec secundū. cum omnis mod⁹ cre-
ationis sit finit⁹ q̄ est aliqd̄ extra deū. Nec
terciū. q̄ ipsa p̄ductio est finita cum sit cre-
atura vel aliquid in creatura. Nec quartū
q̄ nulla est ibi distantia positiua nec priua-
tiua. Et de hoc bñ p̄sequit̄ Scorius p̄tra
Thomā p̄. q. sup̄ quarto. et alibi in p̄mo. et
alijs multis locis. Et etiam sicut bñ dicit
Ockam illa cā. de distantia terminorū nihil
valet. q̄ si valeret ita cōcluderet q̄ creatu-
ra nihil posset facere. Nam tanta distantia
est inter terminū a q̄ et terminū ad quē pro-
ductionis naturalis sicut creationis si ali-
qua sit ibi distantia. igit̄ non apparet ratio
cur potentia creatiua necessario debeat eē
infinita. et p̄ oīs cur non sit absolute cōmu-
nicabilis creature. Tercio arguit̄ sic. q̄
licet deus talem legem naturalem rebo ordi-
nauerit q̄ vnus angelus non p̄ducit aliū
angelū. tamen non apparet aliq̄ p̄tradictio
cur hoc nō possit absolute sicut ignis p̄t
p̄ducere ignē. cum sit p̄fectiōis posse p̄du-
cere sibi simile. et angelus sit multo p̄fectio-
ris speciei q̄ ignis. Quarto p̄bo q̄ d̄ fa-
cto creatura sepe creat et deinde q̄ annibi-
lat. et arguo sic. Quicqd̄ p̄seruat aliquid et
non ex subiecto creat illō quod sic p̄seruat
sed creatura sepe p̄seruat aliqd̄ et nō ex sub-
iecto. igit̄ creat et. maior videt̄ vera. s̄ mi-
nor pat̄ d̄ accidētib⁹ q̄ sunt in eucharistia.
que cōseruant̄ a cā naturali nō in subiecto
ita bñ sicut q̄ erant in subiecto. Ad istam
rōnem r̄ndet Ockam in secūdo libro dupli-
citer Uno modo q̄ accidentia eucharistie
cōseruant̄ a solo deo et nō a creatura. Alio
modo q̄ nō est simile de creatione et cōser-
uatione. q̄ aliter agens respicit p̄ductū in
actu et aliter nō p̄ductū. q̄ ad quodlibet p̄-
ducibile non p̄ductū est indifferēs. et. Jō
concedit q̄ creatura potest seruare aliquid
sine subiecto sed nō creare. Sed prima
responsio non videtur valere. q̄a apparet
sensui humano q̄ illa accidentia p̄seruant̄
a creatura sicut anteq̄ erant sine subiecto.
igit̄ non est magis negandū q̄ cōseruant̄
tur a creatura post q̄ ante. aūs est notum
cuilibet et p̄sequencia tenet. quia in fide xp̄i
nunq̄ neganda est apparentia sensus natu-
raliter bene dispositi nisi vbi expressa auto-
ritas fidei vel efficac̄ rō sumpta ex bis que

sunt fidei ad hoc cogit̄ Sicut negamus q̄
eucharistia sit panis quāuis hoc eque appa-
reat post p̄lationē verborum sacramenta-
liū sicut ante. quia ad hoc negandū cogit̄
expressa autoritas vel ratio. et. sicut patet
intuenti. igit̄ et. Similiter secūda re-
sponsio non videt̄ valere. quia p̄bo q̄ cō-
seruare aliquid et non ex subiecto sit creare

Ad cuius p̄bationē pono aliq̄s
propositiones. Prima est q̄ cōseruatio
alicuius rei est eiusdem rei p̄tinua p̄ductō
ita q̄ omne qd̄ ab aliq̄ cōseruat̄ ab eodem
p̄tinue p̄ducit̄. Ista p̄pō manifeste est de in-
tentione Auicēne vbi p̄us allegat̄ in secū-
da conclusionē. Et patet etiam fm̄ p̄biam
Aristotilis q̄ fm̄ eam non sunt nisi q̄mōd̄
modi causarū. s̄. materialis. formalis. effici-
ens et finalis. Sed p̄stat q̄ cōseruare est
causare. et esse cōseruatorē est esse causam.
sed hec causalitas non est causalitas mate-
rialis formalis aut finalis vt notum ē igit̄
est causalitas efficiens. et p̄sequens cōser-
uare aliquid est efficere seu p̄ducere illud.
quare et. Secūda est q̄ oīs productio
alicui⁹ et nō ex subiecto est creatio. bñ tamē
verum est q̄ noua p̄ductio alicuius et non
ex subiecto est noua creatio et p̄ductio talis
que nō est noua sed p̄tinua est p̄tinua crea-
tio. Et ita ex duob⁹ p̄pōnib⁹ patet q̄ conser-
uatio alicuius nō ex subiecto quāuis non sit
noua p̄ductio t̄m est p̄ductio continua. et p̄
oīs quāuis non sit noua creatio t̄m est crea-
tio p̄tinua. Unde pro maiori intellectu
p̄dictorū sit hec terciā p̄pō q̄ quāuis isti termi-
ni productio et p̄seruatio pro eodem suppo-
nant vt iam dictum est tamen diuersa con-
notant. et etiam productio se habet in plus
q̄ cōseruatio. quia iste terminus produ-
ctio dicit̄ generaliter de illo quod est ab al-
lio siue de nouo siue non. cōseruatio s̄o s̄o
lum dicitur de illo quod est ab alio et nō d̄
nouo sic q̄ non sit ab eo primo sed p̄t̄ fuit
ab eo. et. Et bis omnibus sequitur q̄r-
ta p̄positio q̄ hec cōsequētia nō valet hoc in-
cipit creati q̄ hoc incipit p̄ducit̄. Nec ista. s̄
de nouo creat̄ q̄ de nouo p̄ducit̄. Patet q̄
aūs est verum de accidente eucharistie im-
mediate post p̄secrationē panis. et p̄ oīs d̄
eodem est falsum. igit̄ et. Quinto ad p̄-
cipale arguitur sic. Appropinquetur hostia
consecrata igni certum est q̄ ibi produce-
tur calor et tamen non in subiecto. Sed

non est negandū q̄ ille calor p̄ducatur ab
igne cum hoc appareat sensui et fides nō co-
git̄ illud negare. igit̄ ignis creat ibi calorē.
et. Secūdo arguit̄ q̄ creatura annihilat
q̄ appropinquet hostie p̄secrate aliqd̄ agens
naturale corruptiuum albedinis certū est
q̄ illa albedo destruet̄ et p̄ oīs annihilabit̄
Sed nō est negandū illā destructionē seu
annihilationem esse ab illo agēte naturali
cū hoc appareat sensui et. sicut immediate
arguebat̄ igit̄ et. Sed ad hāc rōnem r̄ndet
Ockam in q̄rto dupliciter Uno mōd⁹ q̄
accidens separātū nulla p̄tute creata p̄t cor-
rumpi. q̄ hoc esset p̄ annihilationē. et nul-
la creatura p̄t annihilare sicut nec creare
et ista rōnem ipse simplr̄ tenet in secūdo. q. v.
et in secūdo q̄. q. nona. Sed s̄ cā est rō iaz
facta de apparentia sensus. Aliter respon-
det q̄ creatura p̄t annihilare licet nō cre-
are. et rōnem diuersitatis assignat quā trā-
seo causa breuitatis. Etiam q̄ ista rō cōce-
dit p̄positum de annihilatione. S̄ con-
tra cā arguo p̄bando q̄ si creatura in casu
posito annihilat qd̄ etiā creat. q̄ experientia
docet q̄ si corrumpit̄ in eucharistia aliqua
qualitas ibi alia introducit̄ ad p̄ntiaz eius-
dem actiui ad cui⁹ p̄ntiam corrūpebat̄ pri-
ma. Et ita dicendū q̄ ab eodē actiui p̄du-
citur secūda a quo destruebat̄ prima. vt si
ab igne destruit̄ frigiditas ab eodē intro-
ducit̄ caliditas. Et ista secūda ita bñ est si-
ne subiecto sicut p̄ma maxime si non ponat̄
ur quāritas distincta a qualitatis sic iste
Ockam ponit. igit̄ si agēs creatū annibi-
lat vt p̄batum est. et ab isto p̄cessū sequit̄ q̄
etiam creat. et sic patet conclusio. et. p̄

Sed contra p̄dictā conclusionem exp̄res-
se videt̄ esse quedā autoritates sanctorū et
doctorū. Prima est Augustini sup̄ Beñ.
xy. de magnis et. xx. de puis. Angeli nullā
oīno p̄t creare naturā. et ibidē ca. xx. Cre-
are aliquā naturā tā nullus angel⁹ q̄ nec
seipm̄ creare p̄t. Si ḡ non p̄t angel⁹ nec
aliqua inferior creatura. Secūda est Da-
mas. ca. xvij. Qui dicunt angelos esse cre-
atores alicui⁹ nature sunt oēs filij diaboli.

Tercia Athanasi li. suo cōtra arriū. po-
nentē. s̄. esse creaturā. Creaturā creatricē
esse nō posse nulli oīno esse estimo ambigu-
um. Quarta Hugonis de sacramentis
li. p̄mo. pte. vi. ca. vlti. De nihilo facere ali-
qd̄ siue de aliq̄ nihil solus de⁹ potest. Dul-

te alie possent induci sed iste videt̄ magis
exp̄sse. Ad istas autoritates et oēs simi-
les p̄t r̄nderi q̄ intelliguntur de potētia na-
turaliter ordinata et creature naturalr̄ in-
dita. et sic sunt p̄ secūda conclusionē. sed per
eas non negat̄ quin creatura possit creare
vel annihilare de potētia simplr̄ absoluta
et facto aliq̄ miraclo p̄ter vel s̄ potētiā na-
turaliter ordinatā. et hoc non est cōtra p̄di-
ctam terciā conclusionē. Vel aliter p̄t dici
q̄ nulla creatura p̄t creare vel annihilare
autoritative se sola et virtute p̄pria. sicut po-
nit̄ p̄ma conclusio. et sic p̄nt intelligi p̄dicti-
cte autoritates de quacūq̄ potētia siue or-
dinata siue absoluta. sed tunc non sunt cō-
tra terciā conclusionem. Nec de secun-
do articulo.

Quantū ad terciū articulū vi-
dendū est vtrū sacramenta legis noue sint
p̄fectiora sacramētis legis antique. Circa
qd̄ tria videnda sunt Primo q̄ sit sacramē-
ti diffinitio. Secūdo qd̄ antiq̄ p̄seruat̄ cir-
cūcisio. Tercio et bis patebit̄ hui⁹ articuli
r̄sio. Ad videndū em̄ differētia sac̄orū
veterū et nouorū p̄us est videndū de circūci-
sione vtrū ipsa p̄seruat̄ gr̄am. q̄ de hoc tā-
git̄ m̄r̄ in p̄ma distinctione hui⁹ q̄r̄ti. et ter-
cia rō an̄ oppositum q̄. Primo igit̄ circa
diffinitionē sacramētī notandum est q̄ fm̄
Aristoti. ij. posteriorū duplex est diffinitio.
Una est exp̄mens qd̄ rei. Alia exp̄mēs qd̄
nois Primo modo nihil diffinit̄ nisi sit res
vna. et si sit vna vnitatē p̄positōis p̄tium
diuersarū rōnū sicut materie et forme. tūc
p̄prie diffinit̄ p̄ genus et differentia essentia-
lem. que diffinitō vocat̄ diffinitio qd̄ dicit̄
ua. Si s̄o sit res simplex sicut angelus v̄l
aīa aut res vna vnitatē p̄positōis p̄tū eius-
dem rōnis sicut caliditas v̄l frigiditas tūc
non p̄t diffiniri diffinitōe quidditatiua.
sed bene diffinitōe descriptiua que dat̄ p̄
genus et differentiam vel differentias acci-
dentales et p̄ mltos p̄ceptus q̄ q̄libet ē in
plus et totum in eque. Secūdo aut̄ modo p̄t
omne vniuersale diffiniri qd̄qd̄ significet̄ i
recto vel in obliq̄. eo q̄ p̄ oī noie p̄nt poni
noīa distincte significantia illa q̄ significā-
tur p̄ vnū nomē. Ad p̄positū ergo dico q̄
sacramentū non p̄t p̄mo mō diffiniri. q̄
non est aliqua res vna. et hoc requiritur vt
diffiniat̄ illo modo. sed bene diffinitur se-
cundo modo. scilicet diffinitōe qd̄ nois.



tum cōfirmationis in eis. quare erit itera bile zc. **F** Ad primum dico primo qz in p̄dicta impositione manūz christi 7 apostolorū fuit aliquod sacramētū colla tum. hoc videtur clarum cum appareat p̄ illam impositionē spūs sanctum datūz fu isse. Dico secundo qz et factō christi qui hoc sacramētū paruulis p̄tulit. 7 et hoc factō apostolorū qui ipsum statim bap̄tista tis p̄tulerunt. satis patet qz hoc sacramen tum debet alia sacramenta de cursu p̄mu ni p̄cedere que non dantur nisi p̄uocet̄ 7 discretiōē h̄ntibz 7 ip̄m debet dari omi bus bap̄tistis. Et qz patz terciō qz ratio nabiliter placuit sanctis patribz hoc sacra mentum impositionis manūz siue potius eius effectum confirmationē vocare. quia scilicet bap̄tistis recipientibus per bap̄tis mum spūs sanctus ad remissionē peccato rum. statim debet dari hoc sacramētū ad receptionē spūs sancti vt habeant virtutes ampliozem tentationibz resistēdi 7 confir mentur in bono zc. Et quo patet quar to quare hoc sacramētū p̄t ceteris in q̄ bus manus imponunt vocetur manūum impositio. quia scilicet hoc sacramentum ge neraliter cunctis bap̄tistis debet confer ri. non sic autem alia. ideo nomen p̄mune sibi meruit appropriare. Ad secundū di co qz supposito qz illud nō legeretur tamen sic esse tenendū est scilicet ex ordine que te nebant apostoli. Et tamē satis illud habe tur. quia christus dicit qz saluz erat regnū celoꝝ. quod nō conuenisset illis puulis si fuissent in peccato. 7 p̄sequens si nō fu issent bap̄tistati aut circūcisi aut alias a pec cato purgati. **B** Ad terciū duplici ter potest dici fm̄ Armaca. li. nono ca. xij. Uno modo qz et tota serie euangelij nō ap pareat qz christus alijs a paruulis supra di ctis hoc sacramētū contulerit ipso existē te in terris corporaliter. 7 ideo in die penthe costes ip̄s aplis 7 discipulis p̄gregatis in ynū p̄mo dat⁹ fuit spūs sanct⁹ vice hui⁹ sa cramenti confirmationis siue impositiōis manūz Actū. ij. Et qz t̄ps in hūanitate absens erat. loco ipositionis manūz cecidit ignis ab eo missus sup̄ capita singloꝝ. q̄lis appitio nō legit̄ cū apli man⁹ alijs ipone bāt. Alio mō si qz velit dicere qz apli ante x̄pi passiōē h̄ sac̄m suscepant. pro quo vi deli facere qz apostoli bap̄tistis quibusqz

Ratim man^o imponebant qd non fecissent vt videtur nisi cū eis ita actus fuisset a xpo tunc cōsequēter potest dici q illa donatio spiritus sancti in die penthecostes non fuit eis sacramentū confirmatiōis sed alijs discipulis qui cum eis erant. Prima autē via videtur pbabilior huic doctori. licet ex ea sequatur q apostoli sacramētū ordinis aut sacramentū confirmatiōis susceperunt. quod ipse ostendit non esse inconueniens. Secunda autē via simpliciter concedere tur ab eo si tamen ostendat quid apostoli susceperunt in die Penthecostes cū eis christus promiserit dare spūm sanctum. Et si declaret quomodo illa tū ingens datio spiritus sancti non fuerit sacramētum quod est difficile vt dicit.

Quantū ad terciū articulum soluenda est triplex dubitatio. Prima est vtum h sacramentū sit necessarium ad salutē. Videlicet q sic de conse. distin. ij. Omnes fideles p manus impositionē episcopoz post baptismū spiritus sanctus suscipere debent vt pleni christiani inueniant. ibi dicit debent. Item quilibet tenet esse plenus christianus. Respondet s^m Scotus q nō est simpliciter necessariū. iuxta illud Bar. vi. Qui crederit et baptisatus fuerit etc. est tamen necessariū adulto sic q nō contēnat alias nō est plenus christianus vt dicit auctoritas etc. Dicit tamē dominus Armacanus q receptio huius sacramēti in adultis habet vim pcepti ita q ipsa est necessaria si haberi possit. Et hoc ipse probat libro quarto capitulo. xxij. et respondet ad obiecta contra etc.

Secunda dubitatio Utrum hoc sacramentum sit iterabile vl non. Respondet q iterari non debet. et si iteretur nullum effectum habet. de consecra. distin. ij. dictum. Unde sciens iterans peccat mortaliter. Ratio autem sola et principalis est institutio diuina. de qua non patet clare ex scriptura sed auctoritate ecclesie etc.

Tercia dubitatio. Utrum pena iterantiū hoc sacramentum sit irregularitas. Respondent canonice q sic. Quod probat p locum a simili de baptismo p casum. de consecra. distin. iij. Quibus tamen Scotus dicit oppositum. quia nulla pena canonica q nō est inflicta a papa condente ius incurritur ipso iure. nec propter argumentū expōnentiū canones siue a simili siue a ptra

rio sensu est aliquis tali pene astrictus. quia possunt exponere ius conditum non nouū ius cōcedere. Cū ergo non inueniat episcopus dicta pena in iure imo magis oppositum de conse. distin. v. dictum. vbi nulla pena infligitur episcopo iterū confirmanti vl etiā suscipienti nisi q soli dō sub habitu monachali vel clericali seruiat. illud enī innuit non penam irregularitatis sed magis oppositum. Igitur illa pena nō est imponenda maxime cum pene sint restringende. etc.

Ad rōnes q̄stionis patet qd dicēdū sit. De sacro eucharistic. Questio quinta.

Via postquā

magister egit de sacramento baptismi quo regeneramur. et de sacramento confirma-

tionis quo roboramur. consequenter agit ab octaua distinctiōe vsq ad decimā q̄rtā de sacramento eucharisticē q̄ nutrimur. Ideo quero Utrum idem corpus xpi localit sit in celo et realiter in eucharisticē sacramento.

Arguitur primo q nō. quia si sic sequeat q corpus xpi distaret a scripto. Cōsequens videlicet implicare. et p̄na tenet. q̄ quanta est distantia inter loca tāta est inter locata vt videlicet claz. igitur etc. Secūdo sequeret q xpi corpus et spēs eucharisticē essent eqlia. Cōsequens apparet falsum. et p̄na pbaf. q̄ q occupant locū eqliz sunt eqlia. Nā q̄cunq vni et eidē sunt eqlia inter se sunt eqlia. et locū est eqliis locato et econtra. Si ergo corpus xpi et spēs ille occupant equalē locū. sequitur etc. Tercio si sic. vel omnis actio et passio et omne accidēs q̄ insunt corpi xpi localiter existenti in celo etiā insunt eidē existenti in eucharistia vel nō. Si dicat q sic. contra. q̄ in eucharistia nō p̄t videre nec audire nec videri nec audiri. r̄ista p̄petit sibi in celo. igitur. Si dicat q nō. cōtra actio sufficēter approximato passiuo p̄t seq̄ actio. s̄ sic est hic. igitur etc. Oppositū t̄z fides p̄t illud dictum xpi. hoc est corpus meū. In ista q̄stione erūt tres articuli. sic in p̄cedentibz.

Primo videbit qd est eucharistia. Secūdo de q̄stione. p̄posita. Tercio de illo qd tāgit rō scia. s̄ vtz ois actio aut passio tōc accidēs qd inest corpi xpi existenti in celo possit eidē inesse sub eucharisticē sacramento

B Quantum ad primū articulū s̄m

Scoti et cōmuniter loquentes Eucharistia est sacramentum corporis xpi contentiuum sub speciebus panis et vini post cōsecrationē factam a sacerdote sub certis verbis cum debita intentione prolatis et institutione diuina veraciter signans corpus xpi et sanguinem sub vtraqz panis sez et vini specie realiter contineri. et ipsum digne comedentes aut bibentes spiritualiter refici. Et hec descriptio patebit et dicendis. Et hac descriptione patet ser correlaria. Prima patet quid sit materia huius sacramenti. quia panis et vinum. Et debet esse panis triticus cum aqua elementari coagulatus de consecra. distin. ij. caplo Non oportet. Et caplo sequenti. Cuius congruentia accipitur ex illo verbo christi Johan. xij. Nisi granū frumentit etc. Ubi christus grano frumenti se comparat. Debet etiā esse vinū de vua expressum. de conse. distin. ij. Vinum. Cuius congruentia accipitur ex illo verbo xpi. Ego sum vitis etc. Ubi christus se comparat viti. Et ideo vinū artificiale vel qd nō est de vite non est conueniens materia huius sacramenti. Ratio autē omnium istorum est sola institutio diuina. quibus congruente ad hec possunt dari. Secundo patet qd sit forma huius sacramenti. quia certa verba a sacerdote prolata. Pro quo pono aliquas propositiones. Prima est q forma consecrationis corporis sunt hec vba. hoc est corpus meum. Unde illa cōiunctio enī non est de essentia forme sed ponitur ad cōtinuandū. ne illa verba que sunt de forma pferantur sine precedentibz. Secunda p̄positio q illa verba p̄cedētia debēt dici propter reuerentiā vel p̄pter orationē p̄mittendā. licet non sint necessaria ad p̄secrationem faciendam. Tercia p̄positio Qad p̄secrationem sanguinis ista verba sunt necessaria vel eoz sensus. hic est sanguis meus. quoniam omnes quatuor euangeliste in illo sensu concordant quia idem intelligit p̄ ista. hic est calic sanguinis mei hic est enim sanguis meus. hic est calic in meo sanguine que verba illi quatuor posuerunt. Dec autem verborū diuersitas fuit forte propter h̄ quia a principio in diuersis linguis scripserunt. vel quia et diuersis linguis in latinū translata sunt euangelia. vel quia sic voluit spiritus sanctus vt sciretur q non eadem verba requirunt sed equiualens sensus. vl

propter aliud misterium. Non est ergo dubium sensum illorum exigi ad consecrationē sanguinis. sed vtum aliud requiratur dubium. Pro quo sit quarta p̄positio q nō est certum ex scriptura vtrū illa verba que p̄cedūt aut sequunt in canone missę s̄m vsu ecclesie. aut aliqua alia a predictis requirant ad consecrationē sanguinis. Ideo periculosum est hic aliquid asserere. q̄ ad hoc auctoritas sufficiens non habetur. sed non est piculosum ignorare. q̄ videt ignorantia inuincibilis vt dicit Scotus. Et h̄ hac materia tractat Armacanus li. ij. a principio vsq ad quintū caplū. sed transeo cā breuitatis. etc. Quinta p̄positio que sequitur et predictis est. q non est necesse in quolibet sacramento scire precise que vba sunt de forma ad hoc q aliquis p̄terat sacramentū. Secra est q in casu talis dubii sufficit intentio faciendi quod facit ecclesia. ideo sacerdos debet distincite legere verba canonis a principio vsq ad finē. et oppositum facere esset peccatū. quia ibi melior est simplicitas q̄ subtilitas.

Tercio ex dicta descriptione patet quis sit minister huius sacramenti. quia sacerdos certa verba proferens cū debita intentione. Pro quo pono aliquas p̄positiones. Prima est q solus deus potest hoc sacramentū consecrare causaliter. Secunda q creatura potest hoc sacramentū p̄ficere ministerialiter. q̄ deus sic ordinauit vt in quolibet sacramento minister posset esse homo.

Tercia est q ad hoc vt creatura conficiat hoc sacramentū ministerialiter solus tres condiciones requirunt simpliciter. Prima est q sit sacerdos. Secda q pferat verba p̄secrationis. Tercia q habeat intentionē faciēdi qd ecclesia itēdit. Prima p̄ditio ē specialis in hoc sacramento. Et pbaf extra d̄ s̄. trini. et fide ca. Et fundat Bar. xxvj. Hoc facite etc. Vel hoc. quocūqz feceritis etc. Ubi xps loquitur discipulis quibz succedunt in ecclesia soli sacerdotes. Secda conditio et terciā sunt cōmunes alijs sacramētis. Vn̄ propter defectū secūde nō p̄t mutus p̄ficere. sed p̄pter defectū tercię hoc non p̄t carēs vsu rōnis. sed illud p̄t de gda hereticus vel scismaticus. Quarta p̄p̄ q ad h̄ vt creatura cōficiat hoc sacramentum ministerialiter non solū simpliciter et absolute sed etiam deceter et ordinare aliq̄ alia a



quarti sententiarū

predictis requirunt scilicet aliquid ex parte ministrī ut quod non sit subiectus pene canonice aut pene naturali super qua fundatur pena canonica. sicut quod non sit degradatus irregularis excommunicatus. suspensus ab executione sacramentorum. symoniacus vel infamis. quod non sit in naturalibus turpiter et scandalose de seculo mortali et quod sit in puenientibus ornamentis ut habetur de psecra. dist. i. vestimenta. Et quod habeat in missa respondentem in persona totius ecclesie. Similiter ex parte loci aliqua requirunt. Et ex parte loci proprie dicti duo. scilicet primo quod non sit interdictus. secundo quod sit sanctificatus. Et istud secundum intelligendum est nisi in casu necessitatis. Item ex parte loci improprie dicti scilicet altaris vel vasis requiritur quod altare sit lapideum et quod calix vel patena sit de auro et argento aut ad minus de stanno. non de ere vel auricalco propter contractam rubiginem. non de ligno vel vitro propter imbibitionem vel fractionem. Et debent omnia ista esse consecrata. Similiter aliquid requiritur ex parte temporis scilicet quod sit inter principium diei et horam nonam intelligendo per principium diei principium aurore. Et incipit secundum aurore in libro de crepusculis quod est sol sub horizonte ad octo gradus. et hoc est intelligendum regulariter. Item istam temporis circumstantiam committitur vni quod requirit tractum temporis scilicet quod dicat missam certis orationibus secundum usum ecclesie. Et de omnibus istis vide in Scoto libro quarto. in fine dist. tredecime. vbi distulse declarat ista que breuiter summaui quod licet sint vtilia tamen non sunt magne speculationis. **D** Quarto ex predicta definitione patet quis sit suscipiens hoc sacramentum. quod comedens aut bibens. Pro quo distinguendum est secundum Scotum quod hoc sacramentum potest aliquis suscipere quadrupliciter. Uno modo sacramentum et non sacramentaliter. Secundo modo sacramentum sacramentaliter et non spiritualiter. Tercio modo sacramentaliter et spiritualiter. Quarto modo sacramentaliter et non sacramentaliter. Primo modo recipit sacramentum qui recipit hostiam consecratam. sed tamen non recipit eam ut consecratam sed omnino non discernens eam a cibo communi. Et talis secundum apostolum. i. Corinth. ij. Judicium sibi manducat et bibit

non diiudicans corpus domini. id est non discernens a communi cibo. Et hoc si fiat ex infidelitate sicut in pagano. vel ex contemptu stante fide ut in malo christiano. Et hoc modo vnum brutum potest recipere hoc sacramentum. Secundo modo recipit sacramentum ille qui est in peccato mortali. et tamen credit ibi esse corpus christi et recipere communionem ipsius. Tercio modo recipit sacramentum bonus fidelis sine peccato mortali qui cibum siue sacramentum corporaliter recipit et in cibum spiritualiter conuertit. iuxta verbum Augustini. Quarto modo recipit sacramentum bonus fidelis deuote paratus ad susceptionem. qui tamen propter reuerentiam abstinere vel propter infirmitatem vel quia forte non habet ministrum. Istis tribus modis brutum non potest suscipere sacramentum. sed duobus vltimis solus bonus recipit. **E** Quinto ex dicta descriptione patet quis sit effectus huius sacramenti. Est enim duplex effectus. Primus est realis continentia corporis et sanguinis christi sub speciebus panis et vini. Secundus est reffectio spiritualis illius qui digne recipit hoc sacramentum. Primus effectus probatur per autoritatem Barth. xvi. vbi christus post cenam illud sacramentum instituit ut sub illis speciebus verum corpus eius et verus eius sanguis realiter contineretur. Et non tamen tunc quando ipse confecit sed etiam quando postea a sacerdotibus conficeretur. Ad quod dedit autoritatem subdicens ibi. hoc facite in mea commemorazione. Unde quod hoc sacramentum semper sit in ecclesia quod durabit patet per illud. Quotienscumque panem hunc et mortem domini annuntiabitis donec veniat. supple ad indicandum. Vni usque tunc durabit ecclesia militans et carnis in ea. Secundus effectus patet quia congruum est illum specialiter reffecti qui digne recipit cibum spirituales et ideo datur in specie cibi corporalis et si vero heretici vellent impugnare primus effectum dicendo quod corpus christi non est ibi realiter sed solum representatiue. et quod illa verba scilicet hoc est corpus meum hic est sanguis meus dicta sunt figuratiue sicut illud Jobannis decimo quinto. Ego sum vitis vera. Istud apparet esse contra intentionem christi. quod secundum Augustinum intellectus verborum christi ex precedentibus et sequentibus

questio quinta

potest haberi. Unde vbi christus dicit ego sum vitis vera statim subdit et vos palmite. Unde constat eum loqui figuratiue. Cum autem dicit hoc est corpus meum statim subdit quod pro vobis tradetur. Lu. xxij. Et ita de suo sanguine. ideo et. Et si dicant isti quod christus videns aliquos abisse retrosum propter predicationem de eucharistia vbi dixit nisi manducaueritis carnem et. statim exprobrauit se dicens verba que locutus sum vobis spiritus et vita sunt. et ita videtur quod non intellexerit nisi de carne sua figuratiue. Istud non valet quia non vult ibi negare veritatem corporis sui. sed vult ostendere quod non est ibi corporaliter illo modo quo illi intelligebat scilicet visibiliter et in propria forma. sed per oppositum ad istum modum intelligendi est ibi spiritualiter et. **F** Sexto ex dicta definitione et immediate dictis patet quadruplex differentia et excellencia huius sacramenti super alia. Prima quia alia licet quod est de se sint signa vera tamen quandoque non habent effectum suum propter suscipiens in dispositionem. sed istud est veracissimum. quod nunquam caret primo effectu. Secunda est quia istud realiter continet illud quod signat. alia non. Tercia. quia effectus istius est dignior quam in aliis. et. Quarta. quod alia sacramenta consistunt in fluxu et fieri. istud autem est quoddam permanens et.

S Sed contra predicta per ordinem mouent aliqua dubia circa materiam. Primum dubium est. an panis azimus vel fermentatus vel uterque sit materia huius sacramenti. Secundum. Utrum apponere aquam sit de necessitate sacramenti. Et videtur quod non quia non apparet vbi christus instituit quod ponat aqua. igitur et. Ad primum dubium dicunt greci quod necesse est conficere in fermentato. ideo negant latinos conficere. Antecedens probant. quia christus confecit in illo pane sicut nituntur declarare ex euangelio. sed de hoc vide pro et contra in Scoto. Contra hanc heresim pono aliquas propositiones. Prima est quod christus confecit in pane azimo et non in fermentato. Patet per illud Barth. xvi. Primo die azimorum quiescerunt discipuli. vbi vis paremus tibi pascha. Similiter Bar. xiiij. et ideo patet quod prima die azimorum scilicet. iij. luna cum discipulis comedat christus agnum pascalem secundum legem. et illa die psecit et. Secunda propositio est quod non

solum in azimo sed etiam in fermentato potest confici. quia secundum Anselmum libro suo de azimo fermentato non differunt substantialiter azimus et fermentatus. ideo non negamus grecos conficere in fermentato. Quod patet. quia a principio tota ecclesia conficiebat in azimo. postea autem tempore leonis pape fuit constitutum quod conficeretur in fermentato sed illud fuit ad tempus ad extinguendum heresim hebionitarum quod dixerunt necessarium esse christianos iudicare. et per consequens pascha in azimo conficere. sed illa heresi extincta rediit ecclesia occidentalis ad primam consuetudinem. Tercia propositio est quod minister siue latinus siue grecus conficiens in fermentato grauius peccat. quod talis facit contra ordinem siue constitutionem ecclesie que conformis est quo ad hoc institutioni christi et. Ad secundum dubium dicit Armacanus in libro quarto. capitulo nono quod aqua in consecratione sanguinis necessario exigitur. quia licet non legatur quod sic consecrasset. tamen aliquibus verisimilibus rationibus hoc probatur et. Scotus tamen dicit quod non est simpliciter de necessitate sacramenti. apponatur aqua cum vino. quia etiam quando ponitur aqua non conuertitur in sanguinem nisi sit primo conuersa in vinum. et ideo ita modica est ponenda et ita tempestiue quod ante consecrationem possit conuerti in vinum. Greci etiam non apponunt aquam ut dicit Innocentius de officio missae parte tertia. libro quarto. capitulo quinto. tamen minister tenetur ponere aquam propter preceptum ecclesie. etiam christus vinum aque mixtum consecrauit secundum Damas. libro quarto. capitulo quinto et.

S Sed circa formam sunt aliqua dubia. Primum est quando christus hoc sacramentum instituit siue quando primo consecrauit. Secundum est. quid demonstratur per hoc. in illa propositione. hoc est corpus meum et. et quid signat et. Ad primum dubium patet quod in cena facta a christo hoc sacramentum institutum. tamen circa hoc dupliciter dicitur. Vni dicit scotus quod christus quando dixit illa verba. hoc est corpus meum. non consecrauit per illa verba. sed prius per illam benedictionem de qua dicitur quod benedixit et. Et huic respondet Innocentius de officio missae parte tertia capitulo sexto et decimo quarto. Et per B

quarti sententiarū

videtur facere q̄ nisi corpus christi fuisset
ibi sub sacramento ante plationē illorum
verborū hoc est rē. non vere dixisset hoc est
corpus meū rē. Alio mō dicit. Armacan⁹
li. ix. caplo. v. q̄ vbi Marcus dicit bñdixit
Lucas ⁊ paulus dicit grās egit. ⁊ sic non
videt illa bñdictio panis sed potius dei pa-
tris. nec p̄cessit aliqua benedictio cōsecra-
tiua panis anteq̄ xp̄us dicit. hoc est cor-
p̄ meum. ⁊ ita de calice rē. Utrūq̄ autē predi-
ctorū modorū pbabile est sustinere f̄m istuz
doctorem. tñ quicquid dicatur de p̄dictis
non refert quo ad p̄positum q̄n illa verba
hoc est corpus rē. sint p̄secratiua ap̄d nos.
Magis tamē pbabile videtur q̄ p̄ eadem
verba xp̄s consecrauit quia non videt rō-
nabile q̄ alia forma verborū consecratiōis
vtatur minister q̄ ea qua vsus fuit et do-
ctor ⁊ magister rē. Ad secundū dubium
vel queris de xp̄o vel queris de xp̄i ministro
Si queris de christo qd̄ demonstrauit di-
cendo hoc est rē. licet Scot⁹ circa h̄ mul-
tas opiniones recitet et plures cōclusiones
p̄bet. tamē breuiter p̄t dicit Uno mō f̄m pri-
mam viā supradictā q̄ xp̄s demonstrabat
corpus suū iam ibi p̄existēs añ plationem
verborū illoꝝ rē. Alio mō tenendo secundā
viā ibidē dictā p̄t dicit f̄m Armacanuz q̄
xp̄s corpus suū demonstrauit añ p̄uersio-
nē panis in ip̄m qd̄ tamē adhuc nō fuit in
manib⁹ eius sed esse debuit verbis illis p̄-
latis. quo corpe et demonstrato veruz fuit
hoc est corpus meū. Et vtrūq̄ horū p̄t di-
ci sine piculo f̄m istum doctorem. Si autē
queris de christi ministro quid demonstrat
dicendo hoc est corpus meū rē. Uno mō
p̄t dicit f̄m Ockaz in quolibetis suis q̄ sa-
cerdos significatiue recipiēs dicta s̄ba de-
bet demonstrare p̄ ly hoc corpus xp̄i. sic tñ
q̄ illi p̄pōni vocali duplex mentalis corre-
spōdeat sc̄z vna de futuro a principio pla-
tionis verborū vsq̄quo verba sunt prola-
ta. et est talis mentalis hoc corpus qd̄ sta-
tim erit sub istis speciebus est corpus meum
Alia de presenti verbis prolatis scilic̄z hec
hoc corpus nūc existēs sub istis sp̄eb⁹ est
corpus meū referēdo semp̄ ly meū ad chri-
stum cuius hoc est corpus. Et causa est q̄
tempore plationis verborū res aliter se ha-
bet q̄ post. q̄ primo nō est ibi corpus xp̄i.
sed bene post. rē. Alio modo dici potest q̄
nō est necesse q̄ sacerdos rite conficiēs ali-

quid demonstret p̄ ly hoc vel etiaꝝ q̄ aliqd̄
intelligat p̄ illam vocem plus q̄ per voces
non significatiua. quia vox illa nō requiritur
ibi ad illam p̄secratiōem tanq̄ significa-
tiua veri vel falsi. sed solum hec vox data ē
nobis tanq̄ signuz vt agnoscamus q̄ his
verbis rite prolatis immediate sub ill' spe-
ciebus est corpus xp̄i p̄ diuinū bñplacitū.
Et pro hoc facit q̄ sacerdos p̄fert illa ver-
ba materialiter ⁊ recitando ea tanq̄ a xp̄o
dicta. vt patet p̄ verba p̄cedentia in canone.
ideo illa nō est p̄positio rē. Unde q̄tuz ad
hoc bene dicit Scotus q̄ finaliter tenet q̄
qualitercūq̄ logicus saluet illam p̄pōnem
esse veram tamē sufficit theologo q̄ illa nō
est oratio sacramentalis vt vera sed vt tale si-
gnum sensibile ⁊ vt instrumentū institutū
a deo ad p̄secratiōem illam rē. S̄z male di-
cit in hoc quod subdit ibidē q̄ illa oratio
non est p̄positio p̄secratiua vt vera neq̄
vt falsa. sed tñ vt est p̄positio neutra p̄-
or naturaliter ⁊ forte tempore veritate sua.
Hoc em̄ nihil est dicere imo implicat q̄ ali-
qua p̄positio sit neutra aut aliquo modo p̄-
or sua veritate. Ideo dico q̄ illa oratio nō
est p̄secratiua vt p̄positio vera aut falsa. sed
vt quoddā signum qd̄ non est p̄positio in-
ta dicta prius. **I** Adhuc circa ministrū
sunt aliqua dubia. Primū est Utrū mi-
nister consecrans hoc sacramentū in pec-
cato mortali vel sine cōfessione de peccato
mortali cōmissio peccet ex hoc mortaliter.
Et videtur q̄ nō. quia nullus tenet confite-
ri nisi semel in anno iuxta ca. omnis veri
usq̄ sexus Igit̄ sacerdos p̄t exercere ac-
suo sibi p̄ueniēs absq̄ hoc q̄ plures cō-
fiteatur rē. Secundū dubium est Utrū
minister obligat̄ duob⁹ p̄sonis cuiuslib⁹ sub
hac forma. dicam p̄ te vnam missā. possit
satis facere p̄ vnam. Et videtur q̄ sic per si-
mile de illo qui habet plura beneficia et p̄
quolibet obligatur ad horas. non tamē re-
netur bis eas dicere rē. Ad p̄mum dubi-
um pono aliquas p̄positiones. Prima ē
q̄ consecrans in peccato venialiter hoc
nō peccat nec mortaliter nec venialiter. pa-
tet. quia de tali non est necesse penitere. agi-
tur rē. Secunda p̄positio q̄ consecrans
existēs in actu peccati mortalis ex hoc pec-
cat mortaliter. quia simpliciter manducat
indigne. Unde videtur q̄tuz ad hoc idē
iudicium de consecrante ⁊ māducante.

questio quinta

Tercio q̄ consecrans existēs in peccato
mortali de quo nō penitet nec penituit
quia p̄teritum est ⁊ de illo nō recolat. sed h̄
nō sit et negligentia crassa vel affectata excu-
sat. Si h̄o ex negligentia mala peccat mor-
taliter licet nō ita grauitur sicut prim⁹ qui
peccat actualiter. Patet. quia. i. Corinth. 13.
dicit apostolus. Probet autem seipsum
homozē. Ideo homo se pbare ⁊ examina-
re tenetur f̄m possibilitatem fragilitat⁹ hu-
mane rē. ⁊ si hoc faciat sufficit. Unde patz
q̄ rite ⁊ digne cōficiens non tenetur esse in
caritate rē. Quarta p̄positio est q̄ conse-
crās qui peccat mortaliter q̄uis de illo pe-
nituerit si confessus nō fuerit peccat mor-
taliter. quia tenetur prius confiteri q̄ con-
secrare vel cōmunicare. cuius ratio ē. quia
nō tñ debet deo recōciliari sed ecclesie ad
hoc vt digne recipiat sacramentū ecclesia
sc̄z vnitate rē. Et hoc verū est si occurrat
oportunitas p̄fite di sine scandalo. alias si
vide scortū. Ad argumentū autem dicit
q̄ illud capitulum Omnis rē. est p̄ceptū
generaliter tangēs omnes fideles. sed alia
lege speciali tenetur sacerdos ⁊ quilib⁹ su-
scipiens in casu isto sc̄z illa. probet autē se
ipsum homo. **R** Ad secundum du-
bium pono aliquas p̄positiones. Prima
est q̄ obligatus ad vnam missam pro sorte
⁊ postea obligatus ad aliam missam p̄ pla-
tone nō potest p̄ vnam solā missam de obli-
gari. Patet. quia ex ista forma verborū con-
stat q̄ talis sit obligatus ad duas. Se-
cunda p̄positio est q̄ duabus obligatus p̄-
sonis sub forma posita in casu istius dubii
potest satis facere per vnam missam. Patz
quia ex illa forma nō sequitur ip̄m esse ob-
ligatum ad duas. ad hoc est argumentum
ibi factum rē. Tercia p̄positio est q̄ obli-
gatus sorti ad celebrandū vna missam p̄n-
cipaliter p̄ anima eius. et Platoni ad cele-
brandū vnam missam p̄ncipaliter pro ani-
ma ipsius nō potest satis facere pro vtraq̄
ania p̄ vnam missam. Pro quo sciendū
quid voco missam p̄ncipaliter celebrare p̄
anima alicui⁹. Unde videt q̄ sic celebrare
p̄ncipaliter p̄ anima alicuius est applica-
re vel intendere applicare missam suā anie
vnus sic q̄ sit quedā satisfactio apud deū
pro illa anima si indigeat Et ideo sacerdos
sem celebrare p̄ncipaliter pro anima sort⁹
potest intelligi dupl̄. Uno modo q̄ inten-

dat q̄ missa sua valeat multis. ita q̄ sit satisf-
factio p̄ multis ⁊ simul intendat q̄ pl⁹ va-
leat anime sort⁹ q̄ alicui de reliquis. Alio
modo q̄ applicz missam sic q̄ tñ cedat ani-
me sort⁹ in satisfactionē. licet velit q̄ pro-
sit alijs per modum oratiōis. Primo mō
potest iste celebrare p̄ncipaliter pro vtro
q̄ sed secundo modo non. Et isto secundo
modo p̄positio est vera. Quarta p̄posi-
tio q̄ illo secundo modo stat q̄ aliquis ce-
lebrat p̄ncipaliter pro aliquib⁹. ⁊ tamē pro
nullo celebrat p̄ncipaliter. Patet in casu
q̄ aliquis celebrat eque p̄ncipaliter p̄ duo-
bus rē. **L** Et predictis patet solu-
tio vnus questionis. sc̄z si querat vtrū mis-
sa celebrata p̄ pluribus generaliter tantū
valeat vnicuiq̄ ipsorū ac si specialiter pro
vno eorū tñ celebraret posito q̄ q̄libet eorū
indigeret. Unde pono quintam p̄posi-
tionem. q̄ nō. quia valor misse per modū di-
stributionis cedit cuiuslibet in p̄tem satisf-
actionis apud deū f̄m equalem p̄portionē
f̄m numerū p̄sonarum. Et p̄ oīs quanto
plures sunt tanto vnusquisq̄ minus habe-
bit. Nam valor misse est infinite virtus in
purgatorio. Alioquin sufficeret vna missa
pro omnib⁹ rē. Et sic frustra dicerent plu-
res in ecclesia rē. Sexta p̄positio pro
intellectu predictorū sit hec q̄ missa sine q̄
q̄ oratio facta in ecclesia pro defuncto du-
pliciter dicitur valere Uno modo per mo-
dū satisfactiōis deo p̄ debito d̄functi. ⁊ sic
verum est qd̄ dicit. Alio modo per modum
oratiōis siue supplicatiōis. ⁊ sic p̄t vnicui
q̄ equaliter valere. ac si specialiter fieret
Uidetur tamen quibusdam q̄ loquēdo d̄
deco f̄m cōditiones policie humane nō appa-
ret verisimile q̄ deus eque faciliter conce-
dat supplicatiōem que sit p̄ remissione mil-
le debitorū. sicut supplicationem eque intē-
faz que sit tñ pro vno debitorē que p̄cedit
ex equali caritate. Et ideo regulariter loq̄n-
do videtur qd̄ plus valeat missa vni si p̄ eo
specialiter fiat q̄ si pro eo et p̄ alijs genera-
liter fieret rē.

B Uterius circa suscipientē sunt
aliqua dubia. Primū Utrū hoc sacra-
mentū tñ debeat sumi a ieiunio. Se-
cundū est Utrum a quolibet debeat sumi
sub vtraq̄ specie rē. Ad primum dubi-
um dico qd̄ non. Et hoc in duplici casu.
Primus est si non ieiunus sit in periculo
L

mortis tūc ne talis discedat sine viatico p̄t sumi. Secundus est q̄ si sacerdos fuerit deceptus in cōsecratione panis v̄ vini v̄ si aquam ponat loco vini debet iterū cōsecrare et aliam hostiā apponere et a p̄secratione hostie incipere. quia consecratio debet esse integra s̄m t̄bo. v̄tia p̄te summe. q̄. lxxiiij. ar. vi. quia sicut dicit. viij. disti. q. i. ca. nihil. p̄fecta videri nō possunt sacramēta nisi p̄fecto ordine compleant. Unde sacerdos tenet ex p̄cepto ecclesie p̄fecte sub v̄traq̄ specie et recto ordine cōsecrare propter integritatē sacramenti. Et tenetur q̄ cōsecrat sumere. ergo cum nō sit ieiun⁹ in casu tamen oportet sumere. quia p̄ceptum de ieiunio est solum de honestate et reuerentiā sacramenti et p̄ceptū de integritate est de substantia sacramenti quia in duobus speciebus consistit t̄m vnum sacramentus. id minus p̄ceptū est infringēdū ad obedientiā maiori. Et non est verus quod dicit in summa p̄fessor. li. iij. ti. xxxiij. q. lxx. q̄ t̄m in articulo mortis potest sumi hoc sacramentum a nō ieiunio. Ad secundū dico q̄ iuxta doctrinā apostoli licitum est cōdicare quoscunq̄ sub v̄traq̄ specie sacramētū. Non est tamē ad hoc obligatio imo ecclesia romana in vsu habet solum laicis vinū cōferre post cōmunionē corp̄is christi. ne forte p̄ negligentia que leuiter possit cōtingere administrando mltitudinī populi sacramentus sanguinis christi aliqd̄ effunderet de ipso sacramento quale piculum non est in administratione corp̄is christi sub specie panis. ideo sacramentū sanguinis non ministrat populo. q̄uis posset. A. Ultimo circa effectū huius sacramenti sunt duo dubia iuxta duplicem effectū ipsius. Primū dubiū est Utrū de necessitate salutis sit recipere sacramentū sanguinis. Uides q̄ nō p̄ immediate dicit. Sed oppositū Job. vi. Nisi māducaueritis carnem filij hominis et biberitis eius sanguinē non habebitis vitam eternam in vobis. Secundū dubiū v̄trū corpus christi sit in sacramento adorandū simpliciter et absolute vel sub cōditione sc̄z si sacerdos fecerit quod intendit ecclesia. Primū nō videtur requiri. quia nullus tenet credere falsum q̄d esset si. Nec secundū videtur sufficere q̄ sic quelibet res posset adorari dicendo adoro te si tu sis adorāda. Ad

pmum dubium dico q̄ non. et q̄d illud dicitū saluatoris non debet intelligi de sacramento sanguinis sui sumptione. sed de māducaione et biberitōne sp̄iali. s̄ p̄ fidē q̄ cōsistunt in hoc q̄d vnusquisq̄ adult⁹ debet credere deū habere carnē et sanguinem in hoc sacramento. Et hac em̄ fide cibatur et potatur sp̄ualiter et habet vitam sp̄ialem. Et hunc sensum p̄bat diffuse dñs Armacan⁹ libro nono c. viij. Et specialiter ex illo verbo quod ibidē sequit̄ verba q̄ locutus suz vobis sp̄s et vita sunt. rē. Concedit tamē q̄d sumptio sacramentalis mltū prodest ad vitam sp̄ialem agendā. sed hoc nō facit nisi p̄ fidem nec est de p̄cepto. Unde nō tenet nisi habentib⁹ vsu rationis aut saltem actū expressum fidei. D. Ad secundū dubium p̄babiliter dico aliq̄s p̄pones. Prima est q̄d nō est de p̄cepto christi v̄ ecclesie vt corpus xpi adoret in sacramento simpliciter et absolute aut sine aliqua cōditione. Patet. quia sicut aliquis in casu tenet credere falsum. sc̄z in casu quo aliq̄s sacerdos fingeret se facere quod intendit ecclesia et nō faceret. Nam si quis tūc tenetur adorare ibi corpus christi teneretur credere ibi esse corpus xpi quod tūc est falsum. Secūda p̄p̄ est q̄d nō est de p̄cepto christi v̄ ecclesie q̄d corpus xpi adoraret in sacramento cū p̄ditione sc̄z si sacerdos faciat q̄d intendit ecclesia. Patet quia tunc aliquis in casu mereret faciendum contra p̄ceptū ecclesie sc̄z licet in casu q̄ aliq̄s simplex catholicus simpliciter absolute et sine aliqua cōditione adoraret corpus xpi in hostia nō cōsecrata in casu prius posito talis em̄ mereret sic adorando sine p̄ditione q̄uis crederet falsum. Tū licet nullus teneat credere falsum tamē forte q̄d in casu credere falsus est meritoriu. sed hoc alibi. Tercia p̄p̄ est q̄d corpus xpi in sacramento potest licite et secure adorari cū sup̄ dicta cōditione vel actualiter expressa vel habitualiter subintellecta. Patet. quia per hoc evitat credulitas falsi quā quelibet p̄ licite evitare. cū nullus ad eā teneat. Sic sic evitat periculū errandi adorando corpus xpi in hostia non cōsecrata. quia in tali adoratione subintelligitur actualiter v̄ habitualiter tacite vel expresse illa cōditio si cōsecrata est hostia s̄m ordinatione xpi vel ecclesie. Quarta p̄positio q̄d adoro

ratio sub p̄ditione non est licita nec in isto nec in alio casu nisi quando cōditio cōtra/ lis q̄ non debet esse certum de eius veritate. vel falsitate sicut est in casu posito. Et per hoc soluitur argumentū prius factum q̄ quelibet res. Ad p̄ditionē nō additur nisi p̄pter dubium. et ideo vbi nō debet eē dubium non debet addi. Et hec de primo articulo.

Quantum ad secundū articulum in quo videndū est de questione proposita sc̄z licet v̄trum idem corpus christi localit̄ sit in celo et realiter in eucharistie sacramento. tria faciam per ordinē pro solutione ipsius et declaratione. Primo p̄mittam tria membra distinctionem. Secundo ponam triplicem p̄clusionem. Tercio solvam multiplicem obiectionē. Premittitur igitur hanc distinctionē q̄ iste terminus corpus p̄t capi tripliciter. Primo modo putat supponit essentialiter pro substantia cōposita ex materia et forma substantiali. et sic p̄tinet ad predicamentū substantie. Secundo modo prout supponit pro aliqua re siue sit substantia cōposita ex materia et forma siue sit materia siue forma substantialis v̄ accidentalis cōnotando tamē talem re habere partem situatam distantem a p̄te. et eē longam latam et p̄fundam. Et sic pertinet iste terminus corpus ad predicamentū quantitatis p̄tinere distincta contra alias species. sc̄z linea et superficies. q̄uis iste sp̄s supponunt pro eadem re. Non em̄ teneo cum illis qui dicunt q̄ iste terminus corpus vt est de genere quantitatis supponit pro aliq̄ re que nō est substantia nec qualitas et q̄ iste species quantitatis linea superficies corpus supponunt pro diuersis. Tercio modo potest dici iste terminus corpus putat supponit pro materia siue sit quanta siue non. cōnotando t̄m aliquas qualitativas dispositiones materie inherere. Et hoc modo dicimus q̄ ex anima humana et corpore hominis sit vnus homo. et q̄ corpus christi in triduo iacebat in sepulcro. id est materia christi informata qualitativis dispositionibus aliquibus. Et sic iste terminus corpus p̄tinere potest ad predicamentum qualitatis. Et ideo iuxta hanc distinctionē vt remoueat equocatio huius termini corpus in presenti questione vtar istis terminis corpus in genere substantie. corpus in genere quantitatis. corpus in ge

re qualitatis. Vel q̄ndo simpliciter vtar eō. capiam ipsum vt est de genere quantitatis quia hec acceptio magis erit ad propositū. Et hac distinctione infero tria correlaria. Primo est q̄ licet idem sit corpus christi in genere substantie et in genere quantitatis. tamen nō est idem corpus christi in genere substantie et in genere qualitatis. patet ex declaratione terminorū. tamē pro veritate prime partis correlarij suppono p̄ntic q̄ omnis quantitas p̄tinere est substantia v̄ qualitatis. et ideo iste terminus corpus christi vt est de genere substantie et vt est de genere quantitatis supponit pro eodem licet diuersa cōnotando. hoc autē nō obstat aliquid ē corpus christi quod nō est in genere substantie ideo illi termini nō supponunt cōuertibiliter pro eodem. quia corpus in celo habet plura corpora in genere quantitatis id est plura de q̄rum quolibet verificatur hic terminus corpus vt est de genere quantitatis. et tamē nō de quolibet verificatur ille terminus vt est de genere substantie. habet em̄ compositus ex materia et forma quod ē corpus in genere substantie et in genere quantitatis. et de illo verificatur prima pars correlarij. sed etiā habet materiam que est corpus in genere quantitatis sed nō in genere substantie. ipsa autē ē corpus in genere qualitatis ideo pro ipsa verificatur secūda pars correlarij. habet etiā plures formas accidentales q̄rum quilibet ē corpus in genere quantitatis nō in genere substantie vel qualitatis. Secundo sequitur q̄ corpus semper habebit in sacramento eucharistie corpus tam in genere substantie q̄ in genere qualitatis quā docunq̄ erit hoc sacramentus. Patet quia materia xpi habet formam substantialem et aliquas dispositiones qualitativas q̄s nunq̄ dimittet. et per consequens quā docunq̄ erit hoc sacramentum corpus habebit ibi materia siue corpus materiale cum illis dispositionibus qualitativis. et per concomitantia. et igitur et q̄d nominis sequitur. Tercio sequitur q̄ christus aliquādo non habuit in sacramento eucharistie corpus in genere substantie sed solum in genere qualitatis. Patet. quia s̄m doctores si hoc sacramentum fuisset consecratum in triduo mortis christi ipse habuisset ibi solum corpus materiale id ē materiam cum qualitativis dispositionibus et non animam. et per consequens nō

habuiss; ibi corpus in genere substantie nec in genere quantitatē ut post patebit. igitur solum zc. Et predictis apparet q̄stat ali quid esse corpus in genere substantie z nō in genere quantitatē vel qualitatis ut patet si christus in sacramento z non alibi haberet corpus animatū sine aliqua qualitate sicut absolute possibile est. Stat etiā ali quid esse corpus in genere quantitatē z nō in genere substantie vel qualitatis. ut patet de ipsa materia extensa si esset sine vlla forma substantiali ac qualitate. Stat etiā ali quid idem esse corpus in genere qualitatis z quantitatē z non substantie. ut patet de qualibus qualitate extensa. Stat etiā ali quid esse corpus in genere qualitatis z nō in genere substantie vel quantitatē ut patet in casu correlarij. hoc addito q̄ christus in illo triduo habuisset corpus in sacramento z nō alibi. vel q̄ nullibi fuisset nisi sacramentaliter hoc em̄ est absolute possibile si cut probat Scotus contra Tho. li. quar. distin. x. questi. q̄rta. sed de hoc ibi zc.

R Istis premisssis pono tres conclusiones. Prima sit hec. q̄ licet corpus xpi idem sit localiter in celo z realiter in eucharistie sacramento. tamen ipsum est circumscriptiue in celo z diffinitiuē in sacramento. Prima pars est responsiua ad quesitum q̄ non potest naturali ratione probari. s; supponitur ex fide. sed pro secunda parte sciendum est quid est circumscriptiue vel diffinitiuē esse in loco. Unde aliquid esse circumscriptiue in loco est cōmensurari loco z habere vnam partem in vna parte loci z aliā in alia. Aliquid autem esse diffinitiuē in loco est esse totum in loco z totū in qualibet parte loci. Primo modo nullum indiuisibile ē in loco sed bene secundo modo. Illo ergo primo modo corpus christi est in celo. qz est ibi cōmensuratum loco suo. sed illo modo non est in sacramento imo secundo modo quia nō est ibi extensum nec cōmensuratum sacramento. sed totum in toto z totum in quolibet parte. Quia autem sic sit ibi nō potest ratione probari. nec euidenter sequitur ex scriptura sed q̄ ita sit creditur ex auctoritate ecclesie. Duius autem potestas seu q̄ ita posse esse non implicet contradictionē potest aliquo modo psuaderi. Unde circa declarationē istius sicut bene dicit Ockam in lectura Dionisi. due sunt difficultates vī

dende. Una quomodo idem corpus nūero possit simul fm se totum existere in pluribus locis. Alia quomodo multe partes eiusdē corporis possunt simul existere vni z eidem loco. z qui videt perfecte ista duo videt quomodo corpus christi existit in sacramento ita q̄ totum sub toto z totū sub qualibet parte. S Ad intelligendū autem ista duo exempla habemus in alijs. Quantum ad primū non videt maior difficultas q̄ idem corpus numero coexistat pluribus locis fm se totum q̄ eadē anima intellectiua simul coexistat fm se totū in toto corpore z in quolibet parte vel q̄ vnus angelus existens in aliquo loco existit in quolibet eius parte z vnum ponimus fm veritatem theologiam z philosophicam. igitur aliud credendum est satis possibile. Cōsequenter patet. quia non magis videt repugnantia q̄ aliqd diuisibile fm se totum sit in aliquo toto loco q̄ ita sit de indiuisibili. Quantum ad secundum non videt maior difficultas q̄ q̄ duo corpora existat simul in eodem loco adequato. et hoc siue sint corpora glorioza siue nō glorioza quia hoc non refert. Hoc autem fide tenemus q̄ christus intrauit ad discipulos ianuis clausis et exiit clausum virginis uterum. Nō em̄ plus videtur repugnare q̄ due partes eiusdē corporis simul sint in eodem loco q̄ duo alia corpora simul in eodē sint loco. ideo zc. Istis ergo presuppositis patet q̄ licet non est repugnantia q̄ corpus christi potest fm se totū z fm quamlibet sui partem simul esse in tota hostia z sub qualibet eius parte. quia ex istis patet possibilitas q̄ vna pars sit in pluribus locis seu partibus hostie simul z q̄ vna pars sit simul cū alia z plus nō ponitur ibi nisi q̄ partes adhuc remanent in toto constituentes totum. Et sic patet quomodo potest saluari q̄ corpus christi est diffinitiuē in sacramento.

Secunda conclusio est hec q̄ licet corpus christi quantum z corpus christi quantitas sit in celo z in sacramento. tamen non est corpus christi quantum aut corpus christi quantitas in sacramento. Prima pars probatur sic. Quicquid ē ipsius christi in celo est etiam in sacramento. sed corpus christi quantum seu corpus christi quantitas ē in celo. igitur zc. Consequenter est bona. z minor patet ex fide. Sed maior ē

catholica et rationalis. quia ex quo christus habet in sacramento illam eandē naturam humanam quam habet in celo ut patet ex fide. rationale est q̄ omne quod habet in celo habeat in sacramento. Et intelligo de illo quod habet sic q̄ est ipsū vel in ipso. Vel arguitur sic expositorie demōstrato corpore christi vel eius quantitate. corporea. hoc est corpus christi quantum vel corporea christi quantitas. hoc idem est in celo z in sacramento. igitur zc. Secunda pars conclusionis probatur. quia corpus christi quod est in sacramento z quid quid est in ipso corpore christi est totum in sacramento z totū in qualibet parte sacramenti ut patet ex conclusione precedente. Et per consequens nihil tale habet partē distantem a parte in sacramento. sed constat quomone illud quod est alicubi quantum corporeum vel quantitas corporea habet ibi partem distantem a parte. ut patet et quid nominis. igitur corpus christi nō est in sacramento quantum corporeum zc. Et sic patet conclusio zc.

U Ex qua sequuntur aliqua correlaria. Primum est q̄ opinio que ponit q̄ omnis quantitas cōtinua est substantia vel q̄ litas. magis consonat positioni fidei q̄ est opposita. Probatur. quia fm positionē fidei sicut corpus christi quod est in celo est in sacramento et in qualibet parte eius. ita omnis res que est ipsum vel in eo est in sacramento et in qualibet parte eius. et per consequens si fm positionē oppositā in corpore christi quod est in celo esset vna quantitas cōtinua distincta a substantia corpore christi z a qualitate eius illa quantitas cōtinua distincta a substantia corpore christi z a qualitate eius etiam esset in sacramento per primam partem conclusionis z tamen non esset in sacramento quantitas cōtinua per secundam partem conclusionis et probationem eius. S; probō q̄ hoc sit impossibile fm illam opinionem. quia fm eas sicut substantia est formaliter substantia z qualitas formaliter qualitas. sic q̄ nō stat q̄ substantia sit alicubi et nō sit ibi substantia vel qualitas sit alicubi z non sit ibi qualitas. ita similiter fm eos illa quantitas cōtinua quam ibi ponunt distinctā a substantia et qualitate. si esset esset formaliter

quantitas ita q̄ non staret ipsam esse et nō esse quantitatem cōtinuam nec ipsam esse alicubi et non esse ibi quantitatem cōtinuam. Et hoc viteri sequitur q̄ nulla res est formaliter seu de sua ratione intrinseca quantitas cōtinua. quia quacūq; re data stat ipsam esse z non esse quantitatem cōtinuam et esse alicubi z non esse ibi quantitatem cōtinuam. sicut patet ex dictis zc.

Tercio sequitur ex predictis q̄ iste cōsequens non valet q̄ntitas cōtinua xpi corpore christi ex vi cōuersionis est sub specie panis. igitur ipsa ex vi cōuersionis est quantitas cōtinua sub specie panis. Similiter ista non valet. Substantia corpore christi et eius quantitas idem sunt realiter z substantia corpore christi in sacramento ē substantia. igitur est ibi quantitas cōtinua siue corpus. quia in omnibus istis anteceditur est verum z consequens est falsum ut patet ex dictis. Et potest dari exemplū. aliquis homo scilicet filius dei est vbiq; et tamen non est vbiq; homo zc.

Hic est sciendum autem q̄ in predicta cōclusionē z in correlarijs sequentibus vsus sum istis terminis corpus quantum quantitas corporea siue cōtinua et non istis terminis quantum vel quantitas simpliciter dictis. Quia quantitas est genus ad quantitatem cōtinuam z discretam. z quantum ad quantum cōtinuum et discretum. Et ideo loquendo de quantitate discreta z de quanto denominato ab ea bene cōcederet aliquas propositiones quas negauit de quantitate cōtinua z e contra. Unde ponem cōtra Ockam istas propositiones.

Prima est q̄ corpus christi est quantum in sacramento altaris et quantitas christi est quantitas in sacramento altaris. quia licet corpus christi nō sit ibi corpus seu quantitas corporea vel cōtinua. quia non habet ibi partem distinctā a parte. tamen est ibi quantum discretū seu quantitas discreta quia habet ibi plures partes discretas z distinctas que faciunt vnum. Secunda ē q̄ stat aliquid esse cōpositū ex partibus quantitatiuis z non esse quantum cōtinuum. qz corpus christi in sacramento est cōpositū ex partibus quantitatiuis siue quantis. et tamen corpus christi non est quantum cōtinuum. z staret q̄ etiam nec alibi esset q̄nt

tum continuum etc. Tercia propositio est q̄ aliqua est quantitas que non est substantia nec qualitas. nec est res distincta a substantia vel qualitate. Patet. quia numerus ternarius angelorum est quantitas distincta. et tamen proprie loquendo non est substantia nec est res distincta a substantia. nec est res vna nec vna substantia sed plures. id est etc. Quarta est q̄ aliqua substantia vel qualitas est formaliter quantitas. sic q̄ non stat ipsam esse et non esse quantitatem vel ipsam alicubi esse et non esse ibi quantitatem. Patet quia quilibet substantia diuisibilis et omnis qualitas est numerus et sue pres. et per consequens est quantitas discreta etc. igitur.

¶ Tercia conclusio est hec q̄ licet corpus christi habeat in celo ordinem partium in toto et ordinem partium in loco. tamen talem ordinem neutro modo habet in sacramento. Prima pars patet. quia corpus christi est in celo situaliter ut supponit etc. sed secunda pars probatur. quia ad talem ordinem requiritur distantia partium sicut magis apparebit quando recitabitur opinio quam tenet Adam contra istam conclusionem q̄ ad hoc q̄ dicitur q̄ corpus christi in sacramento non habet ordinem partium in toto.

Et hac conclusione sequitur primo q̄ corpus christi existens in sacramento non est ibi situaliter. Patet. quia non commensuratur sacramento nec habet ibi ordinem partium in toto vel in loco. igitur etc. Et ideo inuenerunt laborant qui faciunt difficultatem ut corpus christi in sacramento stet vel sedeat aut sit erectus vel supinus. quia iste sunt differentie situs que non conueniunt ei ibidem etc.

Secundo sequitur q̄ licet distinctio de ordine partium in toto vel de ordine partium in loco non habeat locum in materia et existentia christi sub sacramento. tamen possibilis est ordo partium in toto absq̄ ordine partium in loco. Prima pars patet ex conclusione. Sed secunda patet. quia si deus crearet vnum corpus continuū extra celum et sine loco. illud hoc non obstante haberet ordinem partium in toto. quia ibi esset ordo situalis et distantia partium in toto. et tamen non esset ibi ordo partium in loco. Et ideo patet q̄ per prius naturaliter est ordo partium in toto q̄ in loco. et per consequens hec distinctio non est omnino superflua. sicut quā

dam videtur innuere Guillis De kam etc.

Tercio sequitur q̄ licet corpus christi in sacramento non habeat ordinem partium in toto vel in loco. tamen cum hoc stat organica partium distinctio. et per consequens partium perfectionalis ordo. patet. quia ad distinctionem partium organice non requiritur distantia earum. sed sufficit distinctio naturalium dispositionum in illis partibus. que potest esse stare quille partes sint in eodem loco. nam licet caput et manus sint in eodem loco. tamen nec caput est in manu nec econuerso. Et quibus dispositiones capitis et manus sint in eodem loco. tamen naturalis dispositio capitis non informat manum nec econuerso. Et ita caput est perfectior pars ibi q̄ sit manus. et per consequens ibi est partium perfectionalis ordo. quare non est ibi omnino confusio etc.

¶ Contra primam conclusionem arguitur primo sic. si christi corpus existens in celo inciperet esse in sacramento absq̄ hoc q̄ diceret esse in celo. vel moueret de celo ad sacramentum localiter vel non. Si sic. Contra. nihil debet dici motum localiter de illo loco in quo adhuc est. Item nihil mouetur de loco ad locum distantem a primo si ne transitu per medium. Si non. Contra. Est in loco in quo prius non fuit et fuit aut alicubi. igitur est motum localiter etc.

Secundo si corpus christi esset in diversis locis. in vno circūscriptiue et in alio distinctiue. pari ratione posset simul esse in diversis locis circūscriptiue. et pari ratione fortis posset esse per potentiam dei in multis locis et lignum et quilibet alia res. Cōsequenter tenet. quia primo scilicet circūscriptiue et distinctiue nihil potest esse simul in multis locis sine triplici miraculo. Primum q̄ alicubi est modo quantitatiue et alibi non. Secundum q̄ est in pluribus locis totaliter distinctis. Tercium q̄ alicubi est modo speciali sic q̄ quilibet pars sit cum quilibet. Sed si secundo modo scilicet vtriusque circūscriptiue aliquid esset in pluribus locis non esset nisi vnicum miraculum. quia cessaret primum et tertium miraculum predictorum. ut patet. igitur qui potest facere aliquod corpus esse in diversis locis illo modo quo tenet fides. a multo fortiori potest facere illo alio modo. Et hoc est q̄

Thomam etc. Sed falsitas illius consequentis probatur ostendendo inconuenientia q̄ ex illo sequuntur. Primo sequitur q̄ contraria inessent eidem s̄m se totum. ut q̄ idem s̄m se totum esset album et nigrum. calidissimum et frigidissimum. motum sursum et deorsum. ad dextrum et sinistrum. que sunt contraria. et sic distinctio contrariorum non erit bona q̄ contraria sunt que non possunt simul inesse eidem etc. nec videtur quomodo aliter possent diffiniri. Et tamen consequentia patet. Secundo sequitur q̄ priuatiue et contradictorie opposita verificaretur de eodem. ut q̄ idem vas esset plenum et vacuum vino. et per consequens plenum et non plenum. q̄ idem corpus esset motum et quiescens. et per consequens motum et non motum. q̄ idem corpus esset viuum et mortuum et per consequens viuum et non viuum. Omnia ista videntur implicare et tamen consequentia videtur nota. quia si idem esset in diversis locis vnum istorum posset verificari in vno loco et alio in alio. etc. sicut posset declarari. Tercio sequitur q̄ idem homo posset peccare mortaliter scilicet committendo adulterium in vno loco et eodem tempore mereretur vitam eternam scilicet confitendo seu aliquid aliud faciēdo in alio loco. Quarto sequitur q̄ ego existens parisius haberem dubitare me esse Rome me ibi currere. et multa similia etc. quia deus potest hoc et non est euidentis vtrum sic faciat etc. Quinto sequitur q̄ ego possum esse vbiq̄. quia qua ratione possum esse in duobus locis pari ratione in tribus vel in quatuor etc. et ita in quolibet. et per consequens hoc stante q̄ ego sim in mille locis ego apparebo mille homines. igitur habeo istud dubitare ut arguebam modo.

Sexto sequitur q̄ non est proprium dei esse vbiq̄. quia potest creature competere ut dixi etc. Tercio principaliter arguitur sic. Si possibile esset aliquid quod corpus esse in loco distinctiue eo modo quo dictum est in secunda parte prime conclusionis. sequeretur q̄ de eodem posset verificari contradictoria successiue absq̄ noue rei acquisitione. vel antique perditione. Consequens videtur falsum. Et consequentia probatur quia si de aliquo corpore nunc existente in aliquo loco circūscriptiue deus faceret

q̄ ipsum et quilibet pars eius esset in illo eodem loco in quo prius et in qualibet illius sicut dictum est esse possibile tunc de illo corpore non erat prius verum q̄ esset distinctiue in loco et postea erit verum. et tamen istud corpus nihil perdidit quod prius habuit. quia non locum. Nam est in eodem quo prius per casum. Nec quantitatem que esset res distincta ab eo per predicta in secunda conclusione. Nec apparet quid aliud. Similiter nihil adquisit quod prius non habuit. q̄ non locum per casum. nec appetit quod aliud. igitur etc.

¶ Ad primam rationem respondeo quali quid moueri localiter potest esse vel imaginari tripliciter. Primo modo proprie quia transit de loco ad locum dimittendo locum in quo presuit et acquirendo nouum et transiendo per locum medium. si sit locus medius inter primum et secundum. Et sic corpus christi non mouetur localiter quā incipit esse sub sacramento ut notum est.

Secundo modo minus proprie aliquid potest dici moueri localiter. quia dimittit locum in quo presuit et habet nouum locum nec tamen transit per medium locum quā sit locus medius inter primum et secundum. Et sic corpus christi non mouetur localiter quando incipit esse in sacramento quia non dimittit primum locum si tamen dimittit illum quā non transiret per medium diceretur moueri localiter isto modo.

Tercio modo et ad hoc minus proprie aliquid potest dici moueri localiter. quia presuit in loco et acquirit vel habet nouum locum. quā non dimittat primum nec transiret per medium. Et sic corpus christi mouetur localiter quando incipit esse in sacramento. quia isto modo moueri localiter nihil aliud importat nisi esse hic immediate fuisse alibi et non fuisse hic. Nec est concedendum q̄ corpus christi mouet de celo ad sacramentum. quia moueri de aliquo loco est dimittere illum locum. ideo corpus christi mouet mutatione que est ab esse in celo ad esse in sacramento. quia simul est in celo et in sacramento. quare etc. Ad secundam rationem teneo cum scoto De kam et adā contra thomam et concedo consequentiam ibi factam. et consequens principale. Et ad hoc sufficit mihi ratio ibidem facta.

Sed pro responsione ad ea que vltimè

quarti sententiarū

inferuntur ponam aliquas propositiones.

B B Unde pro solutione primi inconuenientis quod concluditur Dico primo. qd possibile est contraria inesse eidem subiecto sicut in toto in diuersis locis sicut bene probatum est. imo de facto sic insunt. qd corpus christi in vna hostia mouetur sursum. in alia deorsum etc. Dico secundo qd contra hoc non est illa diffinitio siue conditio contrariorū. quia contraria non possunt simul inesse eidem. quia ly siml' potest intelligi loco et tempore. modo sic non est hic. Dico tercio qd possibile est per diuinā potentiam contraria simul loco et tempore inesse eidem subiecto sicut in toto. Ut qd idem sicut in toto sit calidissimum et frigidissimum. quia non implicat contradictionem qd deus in eodem subiecto simul tempore ponat summam caliditatem et summam frigiditatem. Ideo dico quarto qd in dicta diffinitione seu conditione contrariorū debet subintelligi iste terminus naturalis. aliter non valet ita qd dicatur. Contraria sunt que non possunt naturaliter simul inesse eidem vel esse in eodem. quia nulla res est alteri contraria formaliter et necessario sed solum naturaliter et de cursu nature a deo libere ordinato. ideo naturaliter contraria possunt non esse contraria id est esse simul in eodem et carere naturali conditione quando placet deo. Et sic patet solutio primi inconuenientis.

Uterius pro solutione secundi inconuenientis quod inferuntur dico qd impossibile est priuatiue aut contradictorie opposita verificari de eodem vt qd idem vas sit plenum vino et vacuum vino. aut plenum et non plenum vino. qd idem sit motum et quiescens aut mortuum et viuum etc. Dico tamen ultra qd possibile est idem vas simul tempore esse in vno loco plenum vino et in alio vacuum vino. in vno loco motum et in alio quiescens imo sic est de facto de anima hominis qd in manu mouetur et quiescit in pede. possibile est etiam idem corpus esse in vno loco viuum et in alio mortuum. quia possibile est ipsum habere in vno loco animam et ipsum esse in alio loco et ibi carere anima. Exemplum possibilitatis. Verbum diuinum est alicubi vbi non est natura assumpta ideo ipsum alicubi est homo et est ali-

cubi non homo etc. Ideo dico ulterius qd licet isti termini motum et quiescens sint termini priuatiue oppositi propter quod impossibile est ipsos verificari simul tempore de eodem siue in eodem loco siue in diuersis. ideo non concedo qd in vno loco verificetur qd anima mouetur et in alio qd quiescit. quia ad quiescere sequitur non moueri. modo moueri et non moueri sunt contradictoria que non verificantur de eodem nec in eodem loco nec in diuersis. tamen hoc non obstante isti termini motum in manu et de scens in pede. vel viuens in vno loco et in alio loco mortuum non sunt termini priuatiue oppositi. Ideo bene verificantur de eodem. Unde non sequitur. anima quiescit in pede. igitur quiescit. quia sequitur quiescit ergo non mouetur. Et ultra. ergo nullibi mouetur. Dico stat qd quiescit in pede et alibi mouetur. Refert etiam dicere alicubi quiescit alicubi mortuum est et quiescit alicubi. mortuum est alicubi propter negationem inclusam in talibus terminis priuatiuis que distribuit terminum sequentem etc.

EE

Uterius pro solutione tertij inconuenientis illati dico qd actus peccati mortalis scilicet actus adulterij et actus meriti vite eterne. scilicet actus confessionis vel dilectionis dei super omnia possunt esse simul tempore in eodem non solum in diuersis locis sed etiam in eodem loco quia actus isti vt actus sunt non habent repugnantiam. sed sunt a deo. Ideo deus posset illos ponere in eodem loco. etc. Dico tamen ultra qd hoc non obstante impossibile est eundem peccare mortaliter et mereri vitam eternam simul eodem tempore siue in eodem siue in diuersis locis. qd isti termini peccare mortaliter et mereri vitam eternam non solum dicunt tales actus sed ultra connotant diuinā deacceptationem et acceptationem Ideo sequitur. Sortes meretur vitam eternam in hoc loco ergo acceptatur a deo ergo non deacceptatur a deo. ergo nullibi peccat. Et sic qui alicubi meretur vitam eternam nullibi peccat mortaliter et e contra. Unde ad secundam rationem si ponatur casus qd idem homo peccet mortaliter faciēdo adulterium in vno loco et in alio confiteatur etc. patet quid dicendum. quia si alicubi peccet mortaliter. quod

questio quinta

alibi faciat non erit meritum vite eterne. Si autem ponatur casus sub hac forma verborum qd idem homo committat adulterium in vno loco et in alio confiteatur vel det eleemosynam etc. ita qd in casu non ponatur isti termini peccare vel mereri. tunc vel loquimur de lege ordinata et sic quia de lege ordinata omne adulterium est peccatum mortale dico sicut prius etc. vel loquimur de potentia absoluta et sic dico qd in illo casu iste potest peccare et non mereri. et potest mereri et non peccare. sed non vtrumque. quia deus potest illud adulterium deacceptare et omnia alia opera alibi facta non acceptare. et potest illud adulterium non deacceptare et absolute vt non sit peccatum et alia alibi facta acceptare ad vitam eternam. sed non posset vtrumque simul tempore scilicet adulterium deacceptare et alia opera acceptare etc.

D D Uterius pro solutione quarti inconuenientis illati dico. qd ego existens parisiis simul tempore possum esse rome. non tamen habeo dubitare me esse rome. quia licet deus possit hoc facere et non sit mihi euidens euidētia summa siue euidētia simpliciter absoluta vtrum sic faciat tamen de deo credere qd non facit. nam hoc non posset facere sine miraculo et ego debeo credere qd non facit miraculum nisi appareat probabiliter de opposito etc. Pro solutione quinti inconuenientis dico qd de potentia dei ego possum esse vbiq; et apparere mille homines et vincere in bello mille homines vel omnes. et multa similia sequuntur sed non habeo de istis dubitare sic esse propter illa que iam dixi. Pro solutione sexti inconuenientis dico qd esse vbiq; licet de facto conueniat soli deo tamen non est proprium dei. quia potest ei non conuenire. Patet ante creationem mundi etc. Et potest alteri conuenire. patet in proposito. sed posse esse vbiq; et non posse non esse vbiq; siue necessario esse vbiq; est locus est proprium dei. Et sic soluta est secunda ratio principalis.

EE Ad tertiam rationem dico qd quod quid sit de consequente de quo vide Adam contra quest. quarti libri articulo tertio in solutione ad sextum articulum quia de hoc alibi tamen sequentia non valet. quia illud consequens non sequitur et antecedentia.

Pro quo notandum est sicut in octa qd non de extenso sit non extensum sicut in pro-

posito vbi de existente circumscriptiue in loco sit existens diffinitiuē in loco vel etiam econtra quando de non extenso sit extensum. hoc potest contingere tripliciter. Quia si de non extenso sit extensum vel occupat maiorem locum qd prius non extensum vel minorem vel equalem. Si primo modo tunc sunt ibi due mutationes. vna acquisitiua. qd illud acquirit nouum locum. et alia deperditiva. quia quando illud fuit non extensum fuit totum in toto loco et pars cum qualibet parte loci. sed quando extenditur tunc est totum cum toto et pars cum parte. et non totum cum qualibet parte. ideo omnes partes perdunt aliqua loca que prius habuerunt. quia prius fuit pes cum capite et modo distans Si secundo modo tunc est sola mutatio deperditiva. quia totum minus occupat de loco qd prius. ideo perdit partem illius loci maioris et partes etiam perdunt multa loca prius habita sicut in priori modo. Si vero tercio modo. tunc est tertia mutatio deperditiva non acquisitiua. quia tunc partes que fuerunt omnes in toto et quelibet cum toto et quelibet cum qualibet. iam dimittunt loca prius habita. sed non omnia. quia quelibet pars retinet vnum locum quem prius habuit sicut in primo modo. tamen nullum acquirit quem prius non habuit. sicut in illo primo modo acquirit quelibet vel multe. Si autem econuerso de extenso sit non extensum sicut in casu rationis. hoc similiter potest esse tripliciter. Quia vel sic qd totum remanebit in eodem loco et equali. vel in maiori. vel in minori. Si primo modo sicut est in casu tunc erit ibi mutatio acquisitiua non deperditiva. quia quoniam totum nihil acquirit vel deperdat tamen quelibet pars acquirit multa loca que prius habuit. Ideo patet qd non est ibi transitus de contradictorio in contradictorium sine acquisitione noue rei id est noui loci. Et si non in toto tamen in qualibet parte. Si vero fiat in loco maiori simile est. si in minori tunc est mutatio tam acquisitiua qd deperditiva. sicut patet intuenti. Et sic patet de prima conclusione.

FF Contra secundam conclusionem et primam correlarium eius arguitur primo sic. Quia aliqua sunt idem realiter vbiq; aliquod est vnum illorum ibidem est reliquum illorum. sed substantia corporis christi et aliq-

quarti sententiarū

quantitas continua corporis christi sunt idē realiter p̄ p̄mū correlarium ⁊ corpus xpi ē in sacramento substantia corporis christi. ergo est in sacramento etiam quantitas cōtinua corporis christi contra secundā p̄tes conclusionis. maior videt̄ nota de se ⁊c.

Secundo arguit̄ contra primum correlariū sic. Nullum accidēs est substantia. omnis quantitas est accidēs. ergo nulla quantitas est substantia. Maior videt̄ nota. quia accidēs ⁊ substantia sunt opposita. Minor patet. quia quantitas est vñ de p̄dicamentis accidentis. Cōfirmat̄. vñ de p̄dicamentū non verificatur d̄ alio. igitur nulla qualitas. ⁊c. Tercio sic. Si oīs substantia vel qualitas extēsa esset quantitas continua sequitur q̄ plura corpora naturaliter possent esse simul. ⁊ sequens negatur cōmuniter ab omnibus. Sed cōsequētia patet. quia in lacte est albedo et dulcedo ⁊ materia eis subiecta. ⁊ quelibet est res extēsa longalata ⁊ p̄funda. si ergo quelibet sit sua quantitas tria corpora sunt siml̄ naturaliter. quia corpus est quantitas longalata et profunda. ⁊c. Pro solutione istorū ⁊ ad maiorē declarationē totius materie p̄mittam aliquas propositiones. Prima sit hec. q̄ omnis res p̄p̄ie vna siue substantialis siue accidentalis habens partem distantem a parte siue partem extra partem ē quantitas cōtinua. quia omnis talis res ē continue extēsa. igitur quanta continua.

Secūda propositio q̄ si aliquid est quantitas nec est subiectum quantitas. ipsum est quantitas continua. Patet. quia nihil p̄t esse quantum continuū siue quantitate continua. ergo si aliquid est quantum continuū vel est subiectum in quantitate vel est subiectum quantitas. vel ipsum est quantitas. quia pluribus modis nō potest ymaginari aliquid esse quantum. Tercia propositio est q̄ omnis res p̄p̄ie vna siue substantialis siue accidentalis habens partes potest habere partem distantem a parte. ⁊ per consequens esse quanta absq̄ hoc q̄ ipsa sit subiectum in quantitate vel q̄ ipsa sit subiectum quantitas. Probatur. quia deus sua infinita potentia potest om̄es res absolutam facere vel conseruare sine re absoluta ab ea s̄m se totam realiter distincta. potest em̄ facere de creaturis quicquid vult. ⁊ per con-

sequens potest omnē substantiā vel qualitatem habentē partem extra partem facere vel conseruare sine omni accidente absoluto sibi formaliter inherente. ⁊ sine omni subiecto cui formaliter inheret. quia substantiam esse sine accidente ⁊ accidēs sine subiecto nullam contradictionē includit. Et isto facto certū est q̄ hec res extēsa potest sic conseruari vt dictū est absq̄ hoc q̄ ipsa vel aliqua eius pars moueatur localiter. ideo p̄t habere partem distantem a parte ⁊ per consequens esse quanta per p̄mam propositionē. absq̄ hoc q̄ ipsa sit subiectum in quantitate vel subiectum quantitas. **SS**

Quarta propositio q̄ omnis talis res quanta de qua est sermo potest esse quantitas continua. Patet ex predictis propositionibus clare. Quinta propositio. Omnis res habens partem distantem a parte est quanta per suas partes essentielles vel integrales. siue quantitate que sit distincta realiter a substantia et qualitate. Et ita omnis quantitas continua est substantia vel qualitas habens partem ab alia parte distantem ⁊ e contra. Patet ex precedentibus. quia frustra ponitur fieri p̄ plura quod potest fieri p̄ pauciora. ⁊c. Sexta propositio sequens ex predictis est definitio quantitas continua. scilicet q̄ quantitas continua est extēsa siue extrapositio vel distantia partium facientium vnum totum. Septima est q̄ ad illam extrapositionē siue extensionem partium nō requirunt nisi partes ille que distant ⁊ cause earum essentielles intrinsece si habeant. ⁊ cause extrinsece pura faciens ⁊ finis. nec requirunt aliqua quantitas supaddita. patet ex predictis. Item quia si requireret quantitas supaddita. p̄ter extensionem substantie vel qualitatis aut partium earum. cum quantitas illa cōtinua s̄m aduersarios posita possit s̄m eos miraculose non extēdi. pari ratione sequeretur q̄ ad eius extensionem requireret alia quantitas que addita amplius posset extendere vna rem vel facere distare partes eius ⁊ tamē ita deus non posset hoc facere. nisi coniungeret vnam aliam rem illi rei. ergo non requirit. ⁊c. Octaua propositio est q̄ licet isti termini substantia et quantitas. ⁊ isti qualitas et quantitas supponant pro eodem. tamen substantia qualitas et quantitas sunt diuersa predicamenta. q̄ ad distinctionē p̄dicamentorum sufficit distinctio p̄ceptuū vel intentionū.

questio quinta

Uñ dicit Jo. Dam. q̄ possibile est eandem rem s̄m aliam ⁊ aliam intentiones ad aliud ⁊ aliud p̄dicamentū reduci. Et ista via que dicta sunt diffuse declarat. Okam in multis locis. ⁊ specialiter in tractatu que composuit de sacramento altaris a. xij. ca. ⁊c. **DD** Tunc ad p̄mam rationē dico primo q̄ illa maior sumpta intelligēdo eam in creaturis est falsa de virtute sermonis propter falsā implicationē. Implicat em̄ q̄ aliqua sint aliqua. ⁊ tamē q̄ sint idēz realiter inter se. quod est impossibile in creaturis. quia nunq̄ aliqua creata sunt aliq̄ ⁊ vnum realiter. Dico secundo q̄ in personis diuinis illa propositio est vera. q̄ ibi plures persone sunt plures. et tamen sunt vna res simplex. Dico tercio q̄ nō valet consequentia. imo est fallacia figure dictionis arguendo ex illa propositione in terminis cōnotatiuis a parte p̄dicati. Verbi gratia in diuinis. Non em̄ sequitur. Quadoquē aliqua ⁊c. sed pater in diuinis ⁊ deus filius virginis sunt idem realiter ⁊ essentia diuina est vbi q̄ deus pater. ergo ipsa est vbi q̄ deus filius virginis. hoc em̄ consequens falsū est. quia non est filius virginis nisi vbi est homo ⁊ nō est vbi q̄ deus. igitur ⁊c. Ad secundā rationem dico q̄ stat q̄ aliqua quantitas nō est aliqua res distincta a substantia ⁊ q̄ quantitas est accidēs. Unde ad declarationem huius s̄m Okam tractatu p̄allegato. c. lxx. ex verbis Anf. monol. cap. lxx. trahit distinctio q̄ hoc nomen accidēs tripliciter potest sumi. Cum em̄ dicit q̄ sunt aliq̄ accidentia que mutationē aliquā accedendo vel recedendo faciūt que nō nisi cū aliqua participantis variatione adesse vel abesse posse intelligunt. vt colores. innuit p̄ hoc q̄ aliqua sunt accidentia que sunt res distincte a suis subiectis. Per hoc autē quod dicit alia sunt que nullā omnino vel accedendo vel recedendo mutationē circa idēz de quo dicunt efficere noscunt vt quedam relictōes ostendit q̄ aliquod est accidēs q̄ nō est res distincta a subiecto ⁊ ei addita. ⁊c. Et ideo ex sententia illorū verborū que breuiter p̄trāseō sequitur primo hec distinctio. q̄ hoc nomen accidēs tripliciter potest capi. Primo modo stricte pro aliq̄ re inherente subiecto que non est substantia. Secundo modo magis large pro aliq̄ predicabili de aliquo contingenter q̄ potest

successive affirmari ⁊ negari d̄ illo propter realem mutationem illius. Tercio modo quā potest successiue affirmari ⁊ negari de alio quo p̄ter mutationē alterius ⁊c. Secundo sequitur q̄ licet aliqua quantitas sit accidēs p̄mo modo scz quantitas que est q̄ntitas tamen aliqua quantitas non est accidēs illo modo scilicet quantitas que est substantia. imo capiēdo illo modo accidēs quantitas nulla est accidēs illius cuius est q̄ntitas. patet facilliter. Tercio sequitur q̄ omnis quantitas est accidēs secundo modo. Et capio hic accidēs nō solum pro termino accidentali sed etiam pro supposito illius termini. Quarto sequitur q̄ eadem res est substantia et accidēs capiēdo accidēs secundo modo. ⁊ vt dicitur modo. Uñ dicit Dam. in logica sua. ca. xxxij. q̄ numerus est accidēs ⁊ t̄m ponit q̄ numerus est ipse res numerate. Sic etiam solet dici q̄ albus est accidēs ⁊c. Quinto sequitur q̄ nō omne accidēs realiter recipitur in subiecto dicente Anselmo vbi prius q̄ nullius accidentis susceptibilis est scz summa natura. Quamuis em̄ aliquod accidēs p̄petat deo scilicet capiēdo accidēs tercio modo. tamē nullum accidēs in se recipit deus. Ista possunt magis declarari sed transeo. quia satis apparet et his solutio rationis. Ad terciam rationē concedo consequens de virtute sermonis. **II** Pro cuius intellectu pono aliquas propositiones. Prima est q̄ corpus capitur dupliciter. Uno modo pro composito et partibus distantibus simaliter quod potest naturaliter per se existere absq̄ hoc q̄ sit pars alterius vel innitens alteri sicut lignum. Alio modo pro illo q̄ per partes intrinsecas sibi est longū latū ⁊ p̄fundū siue naturaliter possit per se existere siue non sicut albedo lactis ⁊c.

Secūda p̄p̄o q̄ capiēdo corp̄ p̄mo modo duo vel plura corpora nō p̄nt naturaliter esse in eodem loco. Et sic capiēdo corp̄ loquitur cōiter autoritates p̄horū ⁊c. Tercia p̄p̄o. q̄ capiēdo corp̄ secundo modo plura corpora p̄nt naturaliter esse in eodem loco. Uñ dimensōes que nate sunt informare terciam vel quarum vna est nata informare aliam naturaliter possunt esse simul. Sed dimensōes que possunt naturaliter per se existere ille sole repugnant. sic q̄ naturaliter se expellunt de loco si sibi ipsas relinquāt. Quis



per diuinam potentiam quecumq; dimen-
siones possint esse simul. Si autem queras
cur tam varie q; dimensiones siue corpa p
mo modo repugnet non secundo modo. di-
co q; tota causa est natura rei que talis e de
qua constat partim p rationem partim p ex-
perientiam. Nam p rōnem apparet q; sub-
stantia et qualitas sunt simul. et similiter p
experientiam constat q; vno corpe per se existen-
te naturaliter ingrediente aliquem locum
aliud consimile corpus cedit sibi. Si sō di-
cas q; per cōsimilem experientiam pars q; ac-
cidentibus in sacramento altaris cedit cor-
pus per se existens. rē. Dico q; hoc est. q; il-
la accidentia non sunt nata informare sub-
iectum in quo non fuerunt pducta. vel qd
illud corpus non est natū informari ab eis
naturaliter. vel q; hoc est voluntate dei vo-
lentis q; aliquid tra cōmunē cursum na-
ture appareat sensui vt manus sit meritū si-
dei Unde multi catholici ponunt in sacra-
mento multa fieri a solo deo ne euacuetur si-
dei meritum. sicut potest videri in Scor-
li. q̄rto. dist. xij. q. vi. et q. iij. Et ideo de or-
dine potest eque faciliter dici q; deus ordi-
nant omnia apparētia sensui fieri circa ho-
stiam non psecratam sicut circa psecratam.
et aliqua facit p seipsum immediate. Et
quo sequitur sexta ppositio q; nec substan-
tia panis cuius fuerit accidentia hostie si
recrearet in situ distincto ab eis. nec aliqua
alia substantia corporea possit naturaliter
siue p causas naturales fieri in eodem situ
vel loco cum illis accidentibus. A deo autē
solo posset tū illa q; alia sicut sibi placeret
Et sic patet ad rōnem Dec de secunda.

R R Contra tertiam conclusionem
sunt rationes quas facit adaz in q̄rto. q̄sti-
one q̄rta et quinta tenens contra Decā op-
positum secunde partis huius conclusionis scilicet
q; corpus christi in sacramento habet or-
dinem partium in toto rē. Unde eius imagi-
natio que est facta subtiliter potest ad certa pun-
cta plane et breuiter reduci. Primo enim
dicit q; duplex est positio. Una partium in to-
to ita q; vna pars continuatur parti vni et non al-
teri vt caput collo et non pedes et collum in to-
to sicut ppositiones totius ponitur inter ca-
put et humeros et non inter genua et pedes
et hoc sicut essentialiter cōpositiones non sicut
dispositiones situales. et sic de alijs partibus.
Alia est positio partium in loco ita q; vna

partium facientium vnum situm alicubi et non ali-
bi rē. Secundo dicit q; licet corpus christi
sit in sacramento non habeat secundam positi-
onem pderatam siue ordinem partium in loco. tū
habet primam positionem siue ordinem partium
in toto. Et ratio sua est hec. quia ibi caput
christi continuatur collo et non pedibus nec di-
gito. Imaginat enim q; sicut in celo caput christi
et vna parte nulli continuatur nec aliud sibi et
alia aut sibi continuatur collum et non pectus et
humeri. et sic procedendo vsq; ad pedes. ita
iste ordo seruat in corpore christi in sacra-
mento. licet non sit ibi ordo situalis sicut in
celo. Primum autem ordinem non posuisset philo-
sophus posse esse sine situ rē. Ideo dicit ter-
cio q; habere partes in quas habens eas e
diuisibile q; vna componatur cum vna et non cum
alia et secunda cum tertia et tertia cum quarta
et non cum prima. habere inquit talem positionem
est esse quantum continuum. Et quo infer-
quarto q; caritas in anima non est quantum
continuum. licet componatur ex partibus in quas
diuisibilis est. q; de illis partibus verum est q;
quelibet est cum qualibet et componitur cum quali-
bet. sed de partibus substantie corporis christi
licet verum sit dicere q; quelibet sit cum qua-
libet in sacramento. non tamen quelibet com-
ponitur nec continuatur ibi cum qualibet imme-
diata sicut iam dixi. ideo cedit q; corpus
christi in sacramento est quantum continuum.

Quinto cedit idem de qualibet quali-
tate corporis christi. sicut de albedine et alijs
qualitatibus corporibus. Dicit enim in sa-
cramento non quilibet pars albedinis cor-
poris christi vnitur cuiuslibet non plus q; q;
libet pars substantie. igitur dicit q; illa al-
bedo est ibi quantum continuum. quia quicquid q;
libet pars sit cum qualibet. tamen albedo
capitis non continuatur nec vnitur imme-
diata albedini pedis rē. Sexto dicit iste
q; nec substantia corporis christi nec albe-
do eius seu alia qualitas corporea est in sacra-
mento quantum extensum. Unde ponit q; li-
cet extensio non sit res supaddita quanto cō-
tinuo siue quantitati continue tū iste terminus
extensum siue extensio connotat ultra istum ter-
minum continuum siue quantitas continua habet partes
in diuersis sitibus siue partes situaliter distare
quod non conuenit substantie vel albedini christi in
sacramento rē. Et istis breuiter sic recu-
pularis patet tota ymaginatio huius do-
ctoris in hac materia que est subtilis.

22 Sed tra ista imaginatione et tene-
do conclusionem ppositam ponam aliam positi-
onem. Prima est q; in sacramento caput christi
non magis vnitur componitur aut continuatur collo
q; pedibus vel digito et hoc destruit totum fun-
damentum illius positionis. Idem probatur primo q;
nisi sic tunc esset ibi aliquid inter caput et pedem
et non inter caput et collum. sed hoc non est imagi-
nabile q; tam simul sunt caput et pedes q; si-
mul sunt caput et collum. Ubi enim aliquid sunt si-
mul videtur implicare ibidem aliquid esse inter illa
cuius tamen oppositum dicit illa positio in primo di-
cto exponendo quod est habere positum in toto
rē. Secundo sic quecumq; ponunt vnum to-
tum vnium in vno toto s; partes substantie
corporis christi componunt vnum totum et similiter partes
albedinis componunt vnum totum ergo vnium et
ponunt. i. simul in vno ponunt. Vel ergo
in sacramento quelibet cum quilibet vnitur aut cō-
ponitur immediate vel mediate. Si immediate ha-
betur positum q; vna non plus vnitur alteri ibi
q; alia. si mediate. tra quelibet est simul cum
quolibet et equaliter simul s; vbi aliquid sunt simul equi-
liter ibi equaliter sunt immediata ergo quilibet cum
quolibet vel cuiuslibet est ibi immediata. Si q; aliquid ibi
dem vnitur alteri mediate sicut dicit positio se-
quitur q; aliquid simul tpe et loco erit mediate quod
implicat. Secunda positio sequitur ex predicta q;
sicut quilibet pars charitatis in anima vnitur cum quilibet
ita quilibet pars substantie corporis christi vel albedinis
eius in sacramento vnitur cum quilibet. Ad dico tamē
q; equaliter vnitur rē. Un potest concedi q; aliquid due
partes albedinis corporis christi non tamen vel equi vnium
quatum quilibet pars charitatis vnitur cum quilibet. q;
quilibet pars vnitur cum quilibet rē. sicut coexistētia
eius loco q; sicut inherētia eius subiecto adeq;
to. Ad sic autem quilibet pars albedinis rē. q; licet al-
bedo manus et albedo pedis vniantur scd; coexi-
tā eide loco non tamen sicut inherētia eide subie-
cto adeq;to. Nam albedo manus cum sit cum pede non
tamen inheret ei. et idem licet gradus albedinis ma-
nus et gradus albedinis pedis sint in pede faci-
entes ibi vnum non tamen reddunt pedem magis intē-
se albu q; facit vna pars illo s; gradus albedi-
nis pedis. q; aliquid non insunt ei rē. Tertia p-
positio sequitur q; nec substantia corporis christi nec
albedo eius aut corporea qualitas est quantum continuum
in eucharistia plus q; charitas in anima. Un p-
positio loquendo quicquid est quantum continuum est extē-
sum. Ad enim possum imaginari continuitatem si-
ne extensione. Et sic deficit sextus dictus. loquē-
do tamen improprie posset concedi q; albedo corporis

christi est quantum continuum in sacramento potencialiter
q; habet partes que nate sunt facere quantum continuum
um licet non faciant actualiter ibi. Quod non potest
sic concedi de charitate in anima q; non est possibili-
le partes charitatis continuari siue extēdi dū cō-
stituit vnum rē. Quarta positio sequitur q;
quicquid huius ordinis siue positionis partium in toto
habet ordinem siue positionem partium in loco si to-
tum sit in loco idem nec corpus christi nec aliquid eius huius
in sacramento ordinem partium in toto. Et p ista pa-
tet rōnis ad predictam opinionem. Dec de ter-
tia conclusionem et de scdo articulo principali.

23 Quantum ad tertium articulum princi-
palem huius conclusionis in q; videndum est vtrum
ois actio et passio et omne accidens quod inest
corpi christi extēdit in celo possit eide inesse sub eu-
karistie sacramento tria facia p ordinem. Pri-
mo pmittit tres distinctiones. Secundo ponam
tres conclusiones. Tertio solua tres dubita-
tiones. Prima distinctio est ista. q; duplex
est actio vel passio quodam cuius principium imedia-
tum est substantia quata vel nata esse quata. Alia
cuius principium immediatum est substantia seu natu-
ra pure spūalis. Secunda distinctio est q; q;
dam est actio q; terminatur ad formam absolutam
formaliter inherētē alicui passio. Alia q; termi-
natur ad vbi sicut aliquid vel ad locum sicut alios de
q; non curo. Tertia distinctio est q; q̄stio potest in-
telligi vel de posse simpliciter absoluto vel de
posse naturali siue naturaliter ordinato. primo
modo non intelligitur q; sic esse clara. s; scdo modo in-
telligitur. Un sicut ista acceptio capia s; in-
ferius h; verbum potest in conclusionibus et alijs rē.

Et istis partibus q; ista q̄stio huius tres difficulta-
tes. Prima est vtrum spiritus in sacramento possit
habere oem actionem et passionem terminatam ad
formam absolutam inherētē passo cuius principium
est natura corporalis. Secunda vtrum possit sic
habere omnem actionem et passionem terminatam ad
vbi cuius principium est natura corporalis. Ter-
tia vtrum possit sic habere omnem actionem et pas-
sionem cuius principium est natura pure spūalis rē
Un de istis tribus ponam tres conclusiones pmit-
tendo cuiuslibet aliquas opiniones rē. De pri-
ma difficultate est duplex opinio. Una q; spiritus
in hostia non potest videre vel videri calefacere
vel calefieri et sic de alijs rē. Altera opinionis
rō principalis est q; ois actio et passio corporalis
naturaliter huius fieri p contactum. contactus enim est quā-
torum. id est corpus christi in hostia nihil agit rē. Alia
opinio est Scoti tenentis idem quod prima s; non p-
rōnem de contactu s; q; organum sensus corporis

xpi in sacramento non est illo modo quo requiritur esse ad hunc quod imuret ab obiecto. Nam ad hunc requiritur quod habeat modum quantitativum et sit localiter et circumscriptive in loco. Et id non est presens presentia que requiritur h. de h. quere i. scoto. Sed prima opinio nec est ratio valet quia non est inconveniens idem agere in seipsum tam actione spirituali quam corporali. Actio spiritualis sicut voluntas in seipsum agit volitione. Actio corporalis sicut sensus agit in seipsum sensatione. Item anima potest agere in corpus suum. et in his non est tractus quod tractus est distinctio et quatuor. et igitur. Secunda opinio etiam non valet quia petit principium supponendo quod debet probare sed quod ad actionem et passionem requiritur quod actuum et passivum corporale sit in loco circumscriptive. Item secundum istum doctorem idem potest agere in se non obstante quod non sit a se localiter distinctum sed qua ratione non oportet quod agens et pars ens sint a se localiter distincta eadem ratione nec oportet quod agens sit in loco localiter seu circumscriptive ad hunc quod agat. Item omnis effectus sufficienter dependet ex suis causis essentialibus et dispositionibus et approximationibus earum. sed quantitas siue sit res distincta a substantia et a qualitate siue non. non est causa effectiva respectu visionis albedinis. igitur destructa quantitate et modo quantitativo adhuc potest videri albedo. quare. igitur patet quod ille opiniones non valent.

Ad hunc Ideo sit h. prima conclusio quod suppositis hijs que sunt fidei non potest probari per rationem naturalem quod omnis actionem et passionem terminata ad formam absolutam inherente passo et cuius principium est natura corporalis quam potest habere christus etiam in loco circumscriptive potest etiam habere in loco etiam diffinitive et non quantitatively. Probatur primo quia non minus potest aliquod principium actuum habere actum quam se toto est presens alii cui passo puta calefacibili quam si per unam partem esset presens uni parti illius et per aliam partem esset presens alteri parti. sed corpus christi in hostia est presens hostie se toto totum et cuilibet parti. igitur calor corporis christi potest agere in hostiam et calefacere eam.

Secundo per idem potest probari quod corpus christi in hostia etiam potest videri oculo corporali quia est sufficienter actuum non tantum in medium sed etiam in oculum quia se toto est presens cuilibet parti oculi et medij. Tertio si dicas quod corpus christi non potest partialiter causare visionem in oculo corporali non glorioso ita quod ille oculus videat corpus christi. contra hic est principium actuum ex parte obiecti et principium passivum ex parte oculi et modus existendi non quantitativus non impedit sicut p

us probatum est. Etiam quia secundum Augustinum nono de trinitate anima habet magnam immutabilitatem respectu corporis. que tamen non habet modum quantitativum et omnia alia requisita ad actionem hic ponuntur igitur. Consequenter tenet quia ista communis regula quod agere approximatione passo dispositio sequitur actio non est neganda. Hinc obicit sibi auctoritas scripture sicut non est hic ut patet. vel ratio que etiam non apparet hic imo magis ad oppositum videlicet factum est. vel experientia que etiam non obicit hic quia experientia que hic apparet non valet quia hic imputatur actio non naturaliter sed quia deus suspenderit actum istum non coagendo illis quantitatibus corporis christi ut agant et si coageret naturaliter agerent. Patet ergo quod corpus christi potest in hostia calefacere hostiam et pari ratione calefacere ab ea. Patet etiam quod potest ibi videri ab oculo corporali existente extra hostiam et pari ratione videri illum. Et per consequens pari ratione potest dici idem de qualibet alia actione vel passione corporali. igitur patet conclusio.

De secunda difficultate dicitur prima opinio quod corpus christi potest in hostia moveri localiter per accidens quia ad motum hostie sicut in loco per accidens. Alia vera opinio non solum loquitur de motu locali per accidens et ponit quod movetur ibi localiter et si non motu stricte et proprie dicto tamen motu extensivum siue large dicto. Et quod isto motu movetur immediate a deo. Primum probatur quia ubicunque est hostia ibi est corpus christi et hostia movetur localiter. igitur. Secundum probatur quia quandoque aliqua coniunguntur precise per actum voluntatis coniunguntur se habentibus ad istam coniunctionem si unum istorum sit mobile omnino inproportionatum. ipsi moventi et reliquum proportionatum. non eadem motione potest movere utrumque coniunguntur. Exemplum posito quod angelus per actum voluntatis siue coniungat lapidi et lapis est mobile. portio natum homini portanti et angelus non. tunc certum est quod non eadem motione potest homo movere lapidem et angelum. modo sic est de corpore christi et hostia respectu creature. et de hoc vide in scoto qui diffuse hanc materiam tractat.

Sed contra istas opiniones sit hec conclusio da conclusio. quod corpus christi potest moveri localiter in sacramento a creatura movente et non solum a deo. Ad cuius declarationem pono aliquas appositiones. **Prima** sit hec quod corpus christi in sacramento movetur localiter non solum per accidens. Probatur quia corpus christi

est ubicunque cum hostia. et hostia movetur localiter igitur movetur in hostia localiter. Sed quod non solum movetur per accidens declaro quia si hoc esset verum hoc esset ideo. quia non est in loco nisi per accidens sed quia est in hostia que est in loco per se. sed probatur quod hoc sit falsum. quia corpus christi non minus est presens per se loco hostie quam si esset ibi distincta hostia quia nunc est totaliter extrinsecum illi hostie sicut angelus si esset ibi sed si deus conservaret in loco hostie corpus christi sicut modo destructa hostia sicut ipse posset sine contradictione. tunc corpus christi esset per se in loco illo. igitur.

Secunda appositio quod corpus christi in sacramento movetur vel potest moveri localiter a creatura et non a solo deo. quia potest ibi moveri localiter ab anima sua. Nam quando aliquid habet modum essendi convenientem motui et ad modum convenientem mobili non est inconueniens unum movere et aliud moveri. sed anima christi in sacramento habet modum essendi convenientem motui et ad modum convenientem mobili per primam appositionem. igitur.

Tertia appositio quod anima christi non potest corpus suum in sacramento movere localiter organice. Iste due appositiones simul declarant. Ad quorum intellectum sciendum est quid est potentia organica et potentia non organica. et quid sit movere organice et quid sit movere non organice. Pro quo sit quinta appositio quod potentia organica est illa que videtur organo corporali in sua actione quales sunt omnes potentie extense in materia sicut potentie sensitivae. Potentia vero non organica est illa que non indiget organo corporali in sua actione quales sunt omnes potentie non extense in materia sicut intellectus et voluntas. Scotus autem ponit quod anima intellectiva habet potentiam organica et non organica et hoc sequitur si ponat quod anima intellectiva et sensitiva in homine sunt eadem forma sed hoc non est verum secundum Deum qui ponit quod sunt distincte. Sed de hoc alibi.

Sexta appositio est quod movere organice est movere primo unam partem et post mediante illa aliam. sicut est in motu animalium quod primo forte movetur cor et post mediante motu cordis alia pars magis propinqua et post tertia. Sed movere non organice est movere totum et partem eque primo. Primo modo igitur anima christi potest movere corpus suum in celo. quia licet sit tota in toto et tota in qualibet parte non

tamen eque primo movet totum et qualibet partem quia est ibi distantia partium nec totum corpus coexistit cuilibet parti. sed illo modo ipsa non potest movere corpus suum in sacramento quia non potest ibi primo movere unam partem et post aliam mediante prima. Nam inter illas partes non est ibi distantia localis.

Secundo autem modo id est non organice potest movere volendo illud corpus moveri ad motum hostie. Unde sic volendo si hostia movetur movetur tunc corpus suum non organice. quia eque primo totum et qualibet eius partem. eo quod non est ibi distantia inter personas. que necessario requiritur ad hoc quod aliquid moveatur organice.

Explicet ergo patet septima appositio quod quando movetur hostia anima intellectiva christi mediante voluntate movetur corpus christi sub hostia sicut causa partialis concurrentes eius voluntate divina contingenter causante et disponente illud corpus moveri ad motum hostie. Et hoc totum est propter conformitatem voluntatis humane in christo ad voluntatem divinam. Et sic intelligitur quod anima christi ad motum hostie movetur corpus suum non organice. Unde sequitur octava appositio quod si anima christi suspenderet actum illum voluntatis sue sicut posset naturaliter etiam stante divina ordinatione de motu corporis ad motum hostie. tunc moveretur corpus christi ibi a solo deo et non a sacerdote hostiam movente. Et sic forte potest intelligi Scotus. quia ad hoc bene probatur quod non potest moveri a virtute creata extrinseca movente hostiam puta a sacerdote. sed non probatur quin potest moveri ab anima christi modo predicto. quia tam hostia quam corpus christi est immobile proportionatum anime christi. Unde potest movere eadem motione hostiam et corpus suum hostiam organice et corpus non organice quia eadem volitione potest velle corpus suum et hostiam moveri. Sed nunquid potest anima christi corpus suum separare ab hostia ita quod non moveatur ad motum hostie. Dico quod hoc posset naturaliter nisi esset ordinatio divina in contrarium que de facto ordinavit semper illud corpus moveri ad motum hostie. Unde non stante illa ordinatione possit separare se ab hostia. et hoc volendo quiescere hostiam mota vel volendo moveri corpus ad unum locum cum hostia mota ad alium. Et eodem modo posset deus hoc facere se solo. **RR**

De tertia difficultate dicitur prima opinio quod corpus christi non potest naturaliter videri

in hostia nec ab intellectu angelico nec bñ/ no. Probat hoc quia corpus xpi est ibi vt ob iectum fidei igitur nō potest cognosci natu/ raliter. Alia opinio dicit qd corpus potest vti quacumq; potētia actiua spiritali in ho stia sicut pma quia talis nō requirit ad acti onem qd habeat esse localiter et ita posset di/ ci de potentia passiva. de hoc vide in Sco/ to 2c. Contra primā opinionē sunt rationes pme cōclusionis. Hec ratio facta p ea valet quia multa que cadunt sub fide possunt co/ gnosci intuitiue. Ut apostoli viderunt mor tem xpi et passionem que cadunt sub articu/ lo fidei 2c. Ideo tenendo euz Scotus sit hec tertia conclusio qd corpus in sacramento potest naturaliter intelligere omnia alia sicut vbi ē quantitatiue. et potest videri et intelligi natu raliter et intuitiue nō tantū ab intellectu an/ geli vel anime separate sed etiam ab anima i corpore. Et hoc nisi esset speciale impedimē tum de quo supra dictum est. Et hoc totus patet ex prima conclusione et rationibz ibidē factis p ea. Unde concludo cū. g. Dekam i reportatione quarti. q. septima. vbi eū secus sum in hac materia qd omnē actionē et passi onem et pari ratione omne accidens siue for/ mam accidentale quā xps potest habere qd existit circūscriptiue in loco potest habere in eucharistie sacramento si nihil aliud impedi/ ret puta voluntas diuina sicut est 2c. Et sic patet solutio triū difficultatū 2c. **SS**
Sed contra p̄dicta sunt aliqua dubia. Primū est vtrū quicqd aliqd corpus agere patit vbi est quantitatiue necessario agat et pa tiatur vbi non est quantitatiue. Videt qd sic quia nullū absolutū d̄sinit esse in aliquo ad ueniente sibi de nouo p̄cise respectu extrin seco sed p hoc qd corpus xpi est in eucharistia solum aduenit sibi nouus respectus extrinse cus. igitur 2c. Secundū dubiū contra secundā conclusionē est quomodo corp⁹ xpi sub hostia potest videri oculo corpali. quia omne visibile habēs partes distinctas discer ni potest vna pars ab alia sed in hostia nō sic potest discerni inter caput et pedē quia ibi est confusio p̄tū. Et confirmat quia s̄m au/ ctiores p̄spectiue. qd videt. videtur sub pira mide cuius conus est in obiecto et in re visa est basis. sed illō nō potest p̄p̄tere rei non ha bentī modū quantitatiuū. Tertū est vtrū corpus potest videri seipm in hostia sicut si eēt in distinctis locis circūscriptiue. Videtur qd

eminētioris vite viros. Ibi nāq̄ ille int̄ na-
tos mulier maxim⁹ Johānes sanct⁹ ab vte-
ro. quē e summo celi fastigio ventur⁹ ad ter-
ram xps vt lucifer sol p̄misit. ad antra deser-
ti sub ctate tenera fugiit. Ibi ip̄emet salua-
tor: sōns omniū salutaris exēploz in mōte
oraturus ascēdit. tempratē aduersariū vi-
cit. turbas instruit. beatitudines distinguit.
⁊ in mōtis excelso trāfiguratur vbi sup̄ euz
eterni patris vox audis. ibi Petrus Jacob⁹ et
Johes hāc trāfiguratonem vidēt ⁊ pauent
vocē audiūt ⁊ mirātur. Et vt innumera san-
ctoꝝ turba breui s̄mone p̄stringat. ibi euan-
gelizāt apostoli. annūciant discipuli. trium-
phāt martyres. etultāt cōfessores. doctores
p̄dicant. sacerdotes orāt. psallūt claustrales
cantūt ḡ gines. ac vniuersi sanctoꝝ chori illō
psalmigraphi personāt. Exaltate dñm deuz
nostz ⁊ adorare in mōte sancto ei⁹. ps. xviij
Dic⁹ est ergo mons insignis. mons celebris
mons salutis. mons dei. mons pinguis. i q̄
beneplacitū est dño habitare in eo. In cui⁹
montis vertice xps suū habitaculū p̄dispo-
nens ibi eccie sue fundamētū posuit ⁊ i al-
tissimo verticis cacumine sacre scripture ve-
ritatē fundauit ip̄amet teste que ait. Ego in
altissimis habitavi. Eccl. xxij. Et hec q̄tuz
ad p̄mū articulū in quo inq̄rere volebam⁹
ecclesiastici edificij fundamētum. S̄z vite-
rius videam⁹ ecclesiastici edificij incremen-
tum. Edificabo inq̄t. Ebrist⁹ nāq̄ dei s̄tus
⁊ sapia eccie sue domū quā eterna mente cō-
cepit sup̄ sacre scripture fundamētum tp̄ali
edificatōe cōpleuit. Impleuitq̄ illud qd̄ di-
ctum erat p̄ sapiētē. Sapiētia edificauit
sibi domū. excidit colūnas seprē. Prouer. ix.
Habet siquidē dom⁹ ista catholica. s. ecclesia
nō solū seprē colūnas s̄z ⁊ singulas p̄tes suas
sup̄ sacre scripture veritatē fundatas. habet
lapides. habet cernētum. habet parietes. ha-
bet murū. habet fenestras. habet hostiū. po-

stremo habet colūnas. ⁊ desup̄ habet tectūz
Nec aut̄ oia plena sunt mysterijs ⁊ abūdāt
spūalibus documētis. Habet namq̄ eccia
suos lapides. singulos sc̄z xpianos ⁊ fideles
p̄ fidei stabilitatē quadros. p̄ pacis s̄tutē fir-
mos. p̄ exercitandem politos. p̄ immobili-
tatem stabilitos. Habet cernētum. fidei vnita-
tem. p̄ quā dñi fideles ⁊ cordi glutino conne-
ctunt lapides in dei edificio copulātur. Ha-
bet parietes veros religiosos ⁊ spirituales a
terrenis eleuatos. a celestibz nō remotos. a
transitorijs ad eterna erectos. a corp̄alibus
ad spūalia sublimatos. Habet murū inextu-
gnabile spei. s̄tutes p̄ quā dñi eterna premia
p̄ponuntur tp̄alia queq̄ ⁊ aduersantia mala
facile repellūtur. Habet fenestras viros spe-
culatiuos p̄dicatores ⁊ doctores p̄ quos ve-
ri solis radio illustramur ⁊ a cecitate igno-
rantie liberamur. Habet hostiū diuini elo-
quiū veritatē que dñi in sensus varios vertit̄
celestis secreti cognitio ⁊ occultis silij nobis
illustratio aperit. Postremo habet colūnas
viros actiuos. pastores ⁊ rectores. p̄ quos i
xpi edificio sustentamur ⁊ firmitate cōstante
solidamur. Quis ideo seprē colūne dicuntur
quia p̄ seprē virtutes tanq̄ seprē bases fun-
dant. p̄ seprē beatitudines eleuātur. p̄ seprē
spū sancti dona firmātur. ⁊ p̄ seprē xpi sacra-
menta stabilit̄ roborātur. Deniq̄ habet ec-
clesia sup̄ has seprē colūnas tectū suū ip̄am
sc̄z dei ⁊ primi charitatē. que dñi veram dile-
ctionē opatur totā legē cōplectit̄. Quoniam
ip̄o legislatore teste in s̄ vniuersa lex pendet
⁊ p̄phete. Matth. xij. Audistis igit qualis ec-
diuersis p̄tibz domū suā edificat xps. s̄z au-
dite rursus qualiter ad edificandū euz xpo
hortat̄ apostol⁹. Dei inq̄t adiutores sumus
Unusquisq̄ ergo videat quō ⁊ que sup̄ edi-
ficet. quoniā vnusquisq̄ p̄pria mercede s̄m
suū labore accipiet. i. Cor. iij. Ad hāc itaq̄
vocē ad operā exercit̄ vniuersus sanctorum
cetus ⁊ cū xpo edificat omēs. sed p̄ statū q̄-
litate alij plus alij min⁹. Alij namq̄ lapides
parāt. Alij cernētū p̄parāt. alij parietes su-
stentāt. alij murū corroborent. alij fenestras
aperiūt. alij hostiū custodiūt. alij columnas
erigūt. alij tectū supponūt. Sic ḡ sancti euz
xpo edificat ecciam. sed frustra laborāt qui
sine xpo edificare s̄tat gūt domū suā. quia istū
ita p̄phete sniaz. nisi dñs edificauerit domū
inuanū laborāt q̄ edificat eam. Sed audite
insup̄ queo qualiter sup̄ sacre scripture fuit
E i

amento tota hec domus edificatur et instru-
itur omnis ecclesie ceteris. omnis stat. ois gra-
dus. omnis secus. Nam ut beati Augustini
paulominus scriba sequar libro de moribus eccle-
sie. c. xxxij. Ipsa pueriliter pueros fortiter iu-
venes dete senes pie mulieres exercet corri-
git docet et instruit. Ipsa feminas viris suis
prei familiaris societate casta et fideli obedi-
entia subiicit. et viros coniugibus sinceri amoris
legibus prelicit. Ipsa parentibus filios libera-
dam seruitute submittit. et parentes filiis pia
dilectione preponit. Ipsa dominis seruos non tam
conditionis necessitate quam officij dilectione ad-
herere prestringit. et dominos seruis vnus summi
deitatis communis domini consideratione placabilis fa-
cit. Ipsa ciues ciuibus. gentes gentibus. et presus
homines omnes hominum parentum recordatio-
ne quadam fraternitate coniungit. Ipsa docet
reges proficere populis. monet populos se
subdere legibus. docet quibus honor debeat
quibus reuerentia. quibus timor. quibus obediencia
quibus monitio. quibus doctrina. quibus coercio.
quibus disciplina. quibus obiurgatio. quibus
pena ostendens quemadmodum non omnibus omnia
sed omnibus charitas. et nulli debeatur iniuria.
Audiuit igitur qualiter sacra scriptura ecclesi-
siam edificat. et tanquam eius solidum fundamen-
tum ei incrementum prestat. Sed adhuc audi-
te quod super hoc beatissimus Augustinus in quo-
dam sermone de sacre scripture laudibus dicat
Ipsa inquit docet iuuenes. prouocat decli-
nantes. reuocat errantes. instruit ignorantes
sanat egros. roborat infirmos. improbat pi-
gros. increpat ociosos. somnolentos excitat
laborantes letificat. reges humiliat. humiles
visitat. sapiam erogat. rectam viam indicat. gra-
tiam dat. gloriam multiplicat. Et hec quatuor
ad secundum articulum in quo videre voleba-
mus ecclesiasticum edificij incrementum. Sed
tandem prospiciamus ecclesiasticum edificij comple-
mentum. Ecclesiam meam. Ecclesia namque primitus
pua fuit quando secundum christum primo in ea fundamen-
tum posuit. postea secundum incrementum cepit: quoniam
christus eam domum edificauit. Sed postremo
complementum accepit quando christus eam ciuitatem
prestituit. Prius ergo super scripturam sacram edi-
ficata ecclesia ut domus magna postquam vero edi-
ficata est ut ciuitas ampla. Sic enim de ea pre-
dixerat prophetica veritas. Hierusalem que edi-
ficatur ut ciuitas: scribitur psalmus. cxxi. Sed au-
diamus qualiter huic ciuitati hierusalem insi-
diatur ciuitas babilon. et ciuitati dei semper

ciuitas dyaboli perinaciter aduersat. Parum
ergo duarum ciuitatum videnda sunt certami-
na. numeranda bella. Considerandi triumphi
pensande victoriae. Igitur ut ab urbe condita
hoc est a fundatione ciuitatis dei et ab initio
nascentis ecclesie sumamus exordium. Ecce prin-
ceps mundi. dux inferni. actor scandalorum. pater
mendacium aduersus ciuitatem dei erigit machi-
nas. tendit insidias. parat bella. mouet pre-
lia. Et in prima belli acie ponit ydolatrias sa-
cilegos plures deos atque deas in contemptum
vnius veri dei colentes. ac per hoc contra vere-
ligionis cultum turpiter oberrantes. aduersus
quos pugnat apostoli. pugnant martyres.
Et quibus alij artatur vinculis et sberibus
prestringunt. Alij detrudunt carceribus et ieiunij
nisi macerant. Alij cedunt fustibus vel gladi-
is iugulant. Alij cremant flammis vel lapidi-
bus obruant. Alij ligant laqueis et scorpi-
onibus flagellant. Alij suspendunt patibulis et
tormentis varijs perimunt. Sed contra hec tor-
mentorum genera inter persecutiones dyaboli et
solatones dei pugnando vincit ecclesia. Nam si-
cut dicit scriptura. Sancti per fidem vicunt
regna. Et ut ait doctor veridicus Augustinus.
libro. viij. de ciui. dei. ca. v. Inter horridas
persecutiones et varios cruciatos ac funera mar-
tyrum predicatum est toto orbe euangelium. ita
ut populi gentium credentes cum deus per cor-
ruptionem crucifixus est christiano amore venerant
sanguine martyrum quem dyabolico furore fur-
derant. ipsiq; reges quorum legibus vastabat ec-
clesia et nomi salubriter subderent quod de ter-
ra crudeliter auferre conati sunt et falsos de-
os inciperent persequi quorum causa cultores ve-
ri dei fuerant antea persecuti. Nec Augustinus
prospiciens itaque dyabolice ille princeps vic-
tam esse primam belli sui aciem. secundam parat
scilicet hereticorum cohortem. et ut verbis vtar prime
morati doctoris eiusdem libri capitulo. l. videat
dyabolus templa demonum deserit et in nomen
liberantis mediatoris currere genus humanum
hereticos mouit qui sub vocabulo christiano.
doctrinae resisterent christiane. hi fuerunt mani-
chei. arriani. sabelliani. pelagiani. alique inu-
meri qui varijs timoris stimulis. doloris tor-
mentis. laboris molestijs et temptationum pe-
riculis. christi ecclesiam infestauerunt. aduersus que
doctores catholici per scripture sacre fidem
victoriosissime pugnaverunt. Sacra dicitur
scriptura. hoc est victoria que vincit mundum
fides nostra. i. Job. v. Sed esto victi sunt et

ad veritatis viam reducti heretici aut ad obe-
dientiam scismatici. quod quando erit nescio
deus scit. nunquam ideo pax est ecclesie dei. nunquam
ideo cessant persecutiones dyaboli. Sane qui
hoc crediderit decipitur et falsa sibi pace blan-
ditur. Nam iuxta pallegati doctoris diffiniti-
nam finiam non est diffinitus numerus per-
secutionum quibus exerceri oportet ecclesiam.
Quod si forte ab his que foris sunt non sciuntibus
videatur esse tranquillitas. tunc scuit mun-
dus. fremit dyabolus et aduersus spiritum pu-
gnat carnis stimulum. nec vnquam desunt que cor-
dibus pie viuendum suis perditis moribus in-
ferant cruciatos. Propter quod apostolica tuba
sonat et christifidelibus protestatur quod omnes qui
pie volunt viuere in christo persecutionem patiun-
tur. i. Thimotheum. iij. Quauis ergo pacem habere
videretur ecclesia siue ab ydolatriis siue ab he-
reticis siue a scismaticis. tamen perinacite per-
secutionem patitur et expugnat ab iniquis ipsemet
dicente de seipsa. Expugnauerunt mea iuuen-
tute. psalmus. cxxvij. Quod pulcre declarat Augustinus
supra psalmo predicto. Aliquando in-
quit in solo abel ecclesia erat et expugnatus est
a fratre malo et perditio cayn. Aliquando in solo
enoch ecclesia erat et transfata est ab iniquis. Ali-
quando in sola domo Noe ecclesia erat et per-
tulit eos qui diluuium perierunt. et sola archa na-
tauit in fluctibus et euasit ad siccum. Aliquan-
do in solo Abraam ecclesia erat et quanta pertu-
lerit ab iniquis nouimus. Aliquando in solo
filio fratris sui loth et in domo eius ecclesia erat.
et per tulit sodomorum iniquitates quousque eum
deus de medio eorum liberauit. Aliquando ce-
pit esse in populo israel ecclesia et per tulit Pha-
raonem et egyptios. Tandem ventum est ad do-
minum Iesum christum. predicatum est euangelium et
adhuc pertulerunt iusti iniquos. Nec ille.
Nemo ergo cum iam senectus ecclesie expugna-
tur aut miretur aut timeat. Sed cum de iuue-
tute ecclesie hec audiat sese solentur. et ex pre-
teritis exemplis discat quia etiam si expugnari
posset ecclesia nequit tamen penitus superari.
Sepe inquit expugnauerunt me a iuuentute
mea sed non potuerunt mihi. Non possunt igitur
ecclesiam vincere eius aduersarij. quia qui
fundauit eam altissimus. qui edificauit eam
christus. ipse est qui custodit ciuitatem dei. ipse est qui
defendit eam aduersus ciuitatem dyaboli.
Nam iuxta prophetiam. nisi dominus edifi-
cauerit ciuitatem frustra vigilat qui custodit
eam. Custodit itaque ciuitatem suam dominus;

Sed cum eo custodiunt eam et vigilat ad eam
custodiam sanctorum exercitus quos christus exci-
tat ad pugnam et roborat ad victoriam asse-
rens et promittens taliter munire ecclesiam suam
quod porte inferi non preualebunt aduersus eam.
Matth. xvi. Porte siquidem inferi vicia sunt
mundi que impugnare ecclesiam satagunt. sed ad-
uersus eam preualere non possunt. quia ipsa
est ciuitas muris firmata. armis vallata. et
velut castrorum acies ordinata. ciuitas inuincibilis
ab hostibus insuperabilis a falsitate
bus. inobliquabilis ab erroribus. ciuitas iter-
minas secura inter pressuras fidei. inter pu-
gnas semper inuicta. Que ut beatus Hyla-
rius libro. viij. de trinitate dicit. dum opprimi-
tur crescit. dum premitur proficit et dum le-
ditur vincit. Sed quibus armis vincat ecclesia
queso diligenter attendamus. Certe non in
curribus. non in equis. non in multitudine ex-
ercitus. non in pompa regum apparatus sed lan-
cea perseverantie. balista sapientie. lorica iusti-
cie. galea spei. scuto fidei. et gladio spiritus quod
est verbum dei. Per hoc igitur arma hoc est per di-
ui eloquij verba defenditur ciuitas dei ad-
uersus ciuitatem dyaboli dicente apostolo. In-
duite vos armatura dei ut possitis stare ad-
uersus insidias dyaboli. Per haec arma vincit
tur erronei. corriguntur heretici. feriuntur scis-
matici. percutiuntur iniqui. percussus quassan-
tur. quassati perminuuntur. perminuti in pulue-
rem peruertuntur. in puluerem peruersi ad nibi-
lum rediguntur. Quoniam ut ait apostolus
vniuus est sermo dei et efficax et penetrabilior
gladio ancipiti pertingens usque ad diuisionem
anime et spiritus. Hebreorum. iij. Per haec
itaque arma hoc est per diuini sermonis et sa-
cre scripture documenta ecclesia pugnando
vincit. vincendo crescit. crescendo proficit.
proficiendo complemetum accipit. Dic. i. per
gratiam et in futuro per gloriam. Quam no-
bis concedat qui supra petram suam edifica-
uit ecclesiam dominus noster Iesus per om-
nia secula benedictus Amen.

Incipit principiū eiusdē in cursum biblie p̄sertim i euāgelii Marci In quo p̄ncipio theologicā sciam alijs. vt equū est. p̄fert sciētis humanit̄ adiuuētis. multipliciter eā cōmendans ⁊ extollens.

Quenā doctrina hec noua.

q̄ Ista q̄stio mouet Marc. i. caplo Reuerēdi p̄ces magistr̄ ⁊ dñi cbarissimi sepe ⁊ multū h̄ mecum cogitanti.

quidnā expediēt̄ esset. qd̄ ve mibi foret vtilius. vel sacre doctrine. diuine videlicet scripture laudes edicere. vel eisdē sub silētiū p̄ce trāsire. Quia in re varijs fact̄ agitatiōibz temulētus varia mibi sup̄est agitatio sed p̄plexa. Nā diuersis ⁊ aduersis p̄plexitat̄ suniculis hinc inde p̄tentiose p̄tract̄. nunc loqui p̄hibeo. nūc tacere nō possum. Loq̄ em̄ p̄hibet laudātis demeritū quo me indignū reperio p̄bo laudis. q̄ nō est speciosa laus i ore peccatoris. Eccl̄. xv. ⁊ vt venerabilis s̄ba Alani sequar. Hec mirri p̄sunt lauris oleastri oliuis. Hec saluica rosos. vilis nec alga hyacinthis p̄fertur. Sēmis velutū violis veticuta. Hec ouis a capra mendicat velleris vsum. Hec tumid̄ torēs a riuo postulat vndam. Hec solz a dauo narcisus querere formam. Hec addit lucē candele flamma dici. Et ideo loq̄ p̄hibeo. S̄z tacere dissuad̄ laudis debitū q̄ me totū senio enarrād̄is sacre doctrine p̄conijs obligatū. de q̄to magis vt puto veniā merear si pauca dixerō: cū plura nō possum. q̄ si taceā oīa. cū debeā vniuersa. ⁊ iō tacere nō possum. imo cogor in admiratiue q̄stionis p̄mpe s̄ba d. Quenam doctrina h̄ noua. Eū s̄o mee itelligēt̄ detrimēta p̄sideo. cū animi mei calamitates colligo q̄ peccator sum leuioris scie. ⁊ scie grauioris. q̄ stultissim̄ sum viroz. ⁊ sapiētia hoīum nō est meū. nō didici sapiam nec noui sciētiam scōz. Prouer. xxx. Erte sic elinguis lingua. memoria imemor. insensibilis sensu ⁊ ineffabilis sacre doctrine laudibz. de q̄bus etiā sancti cū timore loquunt̄ ⁊ tremore. loq̄ nimir̄ p̄timeo. ideoq̄ timor ⁊ tremor venerunt sup̄ me. in psalmo. quare loq̄ p̄hibeo. S̄z si diut̄ taceo de ingratiudine redarguar. q̄ iuxta moralitū dogma p̄hoz eā laudare teneo: que me. si nō stet p̄ me. suis vitauit

būficijs. beauit muneribz. ⁊ documētis salutaribz erudiuit. Quare tacere nō possū. imo cogor in admiratiue q̄stionis p̄mpe s̄ba. dicēs. Quenam doctrina hec noua. Dū autē ad sacratissime doctrine hui⁹ laudē tota laborat intētiō. dū tota p̄currit affectio. ⁊ ex cellētis dulcedinis copiā effusura volūtas in cogitatōe nō p̄ficit. s̄z ⁊ lingua pene deficit in f̄mone. Et vt qdā eloquēs ait. Dū sibi s̄ba tero laudis. pl⁹ p̄tero laudē. Quāobz erubescō dicere vel narrare inepte cogitantiōis mee ⁊ temulētis fantasie p̄rie p̄curras. demissosq̄ capite verit̄ sum qd̄ de tanta re sentia indicare. p̄sulte mibi sapiētissimo Salomone. Altiora te ne q̄sieris. Eccl̄. iij. Idcirco loq̄ p̄hibeo. S̄z dū solari cuperem insciētia meā silētiō. ⁊ ignorātia meā tacendo cōpescere. quā ip̄e dū loquor accusare cōpello. instat ex aduerso p̄scia p̄ria que laudis debitū recognoscēs instāter instanti us instātissime petit ip̄m ad qd̄ teneo: p̄solui tributū. Idcirco tacere nō possum. imo cogor i admiratiue q̄stionis p̄mpe verba dicēs. Quenam doctrina hec noua. Si ip̄a h̄ hui⁹ gloriose p̄conia doctrine de intellectu mei vena paupe flumini exigunt locupletem. Ignar⁹ ego ⁊ elinguis incipiā balbutire. ecce verēcūdia signat ora silētiō. volūtatē cōhibet. imaginatōem grauat. dū quod nescit hō. qd̄ mirat angel⁹. inscie p̄mit imperituz loquit impudēt̄ ignar⁹. Igit̄ loq̄ p̄hibeo. S̄z de illi⁹ mia loquēdi sumēs audaciā qui mutorz labia referat ⁊ linguas infantius fac̄ disertas. Sap. x. vt qd̄ debeo tributū hui⁹ sacre doctrine p̄conijs. q̄nis soluēdo nō sū sufficiēs. in ei⁹ tñ id qd̄ potero cōmendatōe p̄soluā. Spirabit anim⁹ me⁹ deuotōis affectum. eructabit cor meū s̄bū bonuz ⁊ velut calam⁹ scribe laudibz ei⁹ officiosus assistam. igit̄ tacere nō possum imo cogor i admiratiue q̄stionis p̄mpe s̄ba dicēs. Quenam doctrina h̄ noua. Que fuit q̄stio a p̄ncipio p̄posita vestr̄ reuerētis sepe repetita. Ad cui⁹ q̄stionis solutiōz mediu qd̄de cogitatē sed nihil p̄ficere valentē rō ip̄a in hāc potissimum sniam ducit. vt cū ad soluēdā tā arduā q̄stionem mime sufficiā alioz consula facultatez. Cōsidero igit̄ q̄ inter plurimas ⁊ q̄si innumerabiles q̄stiones q̄tuor sunt p̄cipua q̄stionum genera i diuer⁹ scolis ⁊ doctoribz varijs p̄quirēda. Nā p̄mo quedā sunt q̄stiones subtilez: studiose. Secūdo qdā sunt

questiones difficiles ⁊ curiose. Tertio qdā sunt q̄stiones ciuiles p̄tēiose. Quarto qdā sunt q̄stiones vtilis ⁊ s̄tuose. Primū q̄stionum gen⁹ solet disputari i scola theorica p̄biolophoz. Secūdo q̄stionū gen⁹ solet p̄scrutari i scola fantastica mathematicozum Tertiu q̄stionū gen⁹ solet disceptari in scola politica iuris p̄ritoz. Quartū q̄stionū genus solet p̄tractari i scola catholica theologoz. Ad p̄mū questionū gen⁹ p̄inet illud Job. xxvi. Quis extēdit adlonē sup̄ vacuuz ⁊ appēdit terrā sup̄ nihilū. Quis ligat aq̄s i manibz suis vt nō erumpāt pariter deorsum Quis terminū circūdedit aq̄s vsq̄ dū finit tur lux ⁊ tenebre. Et illud Prouerbioz. xxx. Quis colligauit aq̄s in vestimēto. Quis scitauit om̄s terminos terre. Tales em̄ q̄stiones subtilez ⁊ studiose solēt disputari i scola theorica p̄hoz. Ad secūdo q̄stionum gen⁹ p̄inet illud Eccl̄. i. Harenā maris ⁊ pluuie guttas. ⁊ dies seculi q̄s dinumerauit. Altitudinē celi ⁊ latitudinē terre ⁊ p̄fundū abyssus q̄s dimēsus est. Et illud Seneca. Licet nescias q̄ rō oceanū diffundat. qd̄ sit qd̄ gemelloz p̄ceptū sepe partuz iungat. Cur simul natis fata diuersa sint nō multū nocebit tibi trāsire qd̄ nec licet scire nec prodest. Tales em̄ q̄stiones difficiles curiose solent p̄scrutari in scola fantastica mathematicoz. Ad tertiu q̄stionū gen⁹ p̄inet illud Luc. xxi. Facta est p̄tētiō in eos q̄s corz videret esse maior. Et illud Exod. ij. Quis cōstituit te p̄ncipē aut iudicē sup̄ nos. Tales em̄ q̄stiones ciuiles p̄tēiose solēt disceptari i scola politica iuris p̄ritoz. Ad quartū q̄stionū gen⁹ p̄inet illud Job. xiiij. Quis pōt facere mundū de imūdo p̄ceptum semie. Et illud p̄s. Quis ascēdet in montē dñi aut q̄s stabit in loco sancto ei⁹. Tales em̄ q̄stiones vtilis ⁊ s̄tuose solēt p̄tractari in scola catholica theologoz. Cōsiderata igit̄ p̄missa q̄stionum q̄drupharia serie ⁊ scolarū varietate q̄ duplici. mibi vsum ē expedire p̄ nostre q̄stionis solutiōe singulas adire scolas ⁊ doctorz p̄sulere singulas vt qd̄ in vna neq̄t. i alia saltē inueniri valeat. Sic em̄ qd̄ vbiq̄ q̄rit alicubi plerūq̄ reperit. iuxta s̄bū veritat̄ dicētis. Querite ⁊ inueniet̄. Matth. viij. Uado igit̄ ⁊ p̄ ordinē ad singulas discuro scolas. Et p̄mo ad scolā p̄hoz in q̄ studiose disputatur q̄stiones subtilez ⁊ theorice. Secūdo mathematicoz in q̄ curiose p̄scrutant̄ q̄stiones

difficiles ⁊ fantastice. Tertio ad scolaz iuris p̄ritoz in q̄ p̄tēiose disceptant̄ q̄stiones ciuiles ⁊ politice. Quarto ad scolā theologorum in qua s̄tuose p̄tractant̄ q̄stiones vtilis ⁊ catholice. P̄mo q̄ venio ad scolā p̄hoz i qua studiose disputant̄ q̄stiones subtilez ⁊ theorice. ⁊ ibi nostrā p̄pono q̄stionē interrogās ab eis de lege xpi euāgelica. Quenam doctrina h̄ noua. In p̄mo vero hui⁹ scole igref su f̄mocinaliū sciaz grāmatice videlicet ⁊ logicē. rethorice ⁊ poetice artis doctores inuenio. Qui oēs iuxta sue facultatē doctrine in aliqd̄ offerūt. Alij grāmaticalia p̄scian ru dimēta. Alij logicalia aristotel' argumenta. Alij rethorice tullij blandimēta. Alij poetica integumēta virgilij. nec solū ista. q̄nimō ouidij p̄ntant fabulas. fulgērij mythologias odas oracij. orimētas orosij. iuuenal' satiras seneca tragedias. comedias therētij. inuectiuas salustij. sydonij epl̄as. cassiodori formulas declamatōes q̄ntiliani. decades titi liuij. valerij ephitomara. marchial' epygrāmata. centones homeri. saturnalia macrobij. ⁊ generalit̄ singula q̄ vel suavis lirā rethorice vlt grauis poetice musam resonāt. S̄z cum p̄missi doctores i bis oibz nihil p̄sus doceāt qd̄ ad p̄positā satisfaciāt q̄stionē. ip̄i tñ michi iam pene de solutiōe q̄stionis desperāt. inq̄ rendi laudat p̄positā laborz diligentia recomēdant ⁊ diligēt̄ inq̄rēt̄ spem iuentēdi cōfirmāt. Cōfortat me siquidē illud cōe dictū Boeci de disciplina scolarū. cuiuslibz operis obtusitas laborz diligentia p̄molliat. Cōfortat me etiā illud dictuz valerij in epl̄a ad rufinū. Ad sūma q̄s fastigia nō nisi p̄ salebras euadim⁹ nec ē via plana q̄ ducit ad gaudia plena. Luc⁹ rei ponit exēplū. Audiuit inquit iason q̄ p̄ mare adhuc intactū rariibus ⁊ remis ⁊ p̄ thauros sulphureos ac p̄ toxica ti p̄sentis vigilias sibi viandum essz ad aureū vell⁹ ⁊ sanop̄silio licet n̄ suauis vsum. abijt ⁊ redijt ⁊ optabile thesauz retulit. Sic abynthiū veritat̄ acceptat morose mēt̄is hūilitas. fecūdat officiosa sedulitas. ⁊ in fructū p̄ducit p̄seuerātie vtilitas. ⁊ dura p̄ncipia dulci fine munerent. Sic arc⁹ callis ad amp̄la ducit palacia. sic angust⁹ trames ad terrā vuentū. Nec ille. Cōfortat me insup̄ illud dictum vgilij i eneyde. Labor ip̄oz oīa vicit Cōfortat me deniq̄ illd̄ dictū archibrenij nouelli poete. Uelificat arbos dubio mare pōte ligat. Rem⁹ arat colles. pedibz subster

E 4



natur vnda. Dupe meatur humus pelagi te
 chis eruit vsum. Salomone fulmen iaculat
 dedalus alas. Induit ingenij furor instar z
 inuis pcepō. Rūpit z artificij cedit natura la
 bori. Et his nāq; dicitis vires animi colligo
 spem mētis erigo. vt ad pposita q̄stionis ap
 tionē pcedā viteri^o iuestigās a pfundioribz
 natural z moralis phie doctoribz q̄dam d
 pposita sapiat q̄stione. ipi hō sola excusatiōe
 p̄tēti talē r̄sionem p̄tendūt. Scim^o inq̄unt
 elemētōz p̄portōes. elemētōz p̄ditōes. va
 porum ip̄c̄sōes. mineraliū mixtiōes. Sci
 mus vires herbarz. stutes gemmarz. mores
 aialii. origines aiaz. Scim^o cōplexionū di
 stācias. humoz repugnācias. sanitatum ar
 monias. egritudinū distācias. Scim^o vari
 etates actuū. causalitates habituum. extre
 mitates viciōz. z medietates virtutū. Et vt
 vnū dicam^o Scim^o de natura q̄cqd̄ huma
 na p̄tē rō naturaliter p̄feruari. sed nimirū de
 ea quā p̄ponis q̄stione nihil vtiq; scimus. qz
 in ei^o solutiōe natura silet. ei canones succum
 būt. z fides sola de naturali rōe triumphat.
 Ad hāc itaq; vocē. p̄mā exeo scolā z transeo
 ad secūdā. Secūdo ḡ venio ad scolā ma
 thematicoz. inq̄ curiose p̄scrutatur q̄stiones
 difficiles z fantastice. z ibi nostrā p̄pono q̄sti
 onem interrogās ab eis de lege xp̄i euāgeli
 ca. Quenā doctrina hec noua. In p̄mo hō
 hui^o scole igressu: quosdā reperio sibi nomē
 mathef vsurpātes idebite. ex quoz infamia
 tota fere mathematicoz scola infamis reddi
 tur z suspecta. Ni sunt q̄ teste beato Augu. i
 libro de natura demonū. a terra geomāticū.
 ab aere aeromāticū. ab igne pyromāticū. ab
 aris idoloꝝ arioli. a cōsideratione nataliūz
 genetiꝝ aci. ab inspectōe araz aruspices. et
 a volatibz aut vocibz auiū augures nūcupā
 tur. Ab his itaq; pseudo mathematicis seu
 p̄poni^o maleficiis nihil iterrogo de p̄posita q̄
 stione. hoc sacra phibēte scriptura. Hō deli
 nes iquit ad magos. nec ab ariolis aliquid
 scisciteris. Leui. xx. Sz ad veros mathema
 thicos trāseo q̄ in arismetria numeroꝝ pu
 gnas. i musica sonoꝝ sinugias. i geometria
 quātūtatū mēsuras. z i astrologia celoꝝ in
 fluētias sciētifice p̄scrutatur. iter quos tenet
 p̄ictagoras calculū. orphe^o p̄lectriū. esculapi
 us baculum. eufrates horoscopū. archime
 des radiū. pdites circinū. cāpan^o pp̄dicu
 lum. p̄tholome^o astrolabiūz. Hec iuestigare
 desistit sbales tpa. arblas sydera. z eno pōde

ra. crisippus numeros. euclides mēsuras. al
 bumazar influētias. Ab his itaq; mathema
 ticus nostre peto solutiōes q̄stionis. z ecceba
 rum aliq̄ dū questionē istā soluere temptant
 ita desipiūt vt xp̄i doctrinā. xp̄i vitā. xp̄i opa
 xp̄i miracula. caus^o naturalibz z celestibz istu
 entis audeāt deputare. Sic em̄ ausus ē il
 le fantasti^o albumazar tractat^o p̄mi de p̄m
 ctiōibz differētia tertia Sic z ille machome
 ti^o Auicēna. z. methaph. sue. qz tā fatuaz q̄
 obscurā z fastuosā p̄sumptiōem ap̄lo ipse
 rēphēdit. obscuratū est inq̄t insipiens cor eoz
 dicētes em̄ se esse sapiētes stulti facti sūt. Ro
 manoz. i. Hō sic deuoti mathematici tres il
 li magi oriētales p̄clari q̄bus vt Barth. n.
 legif xp̄m natū stella mirabilis nūciauit. a
 la scz de qua meminit Calcid^o super. n. tby
 mei platonis. post cui^o ap̄itionē teste Au
 gustino vbi supra. natiuitatē alicuius e celo
 interpretari nō licuit. nō sic inq̄ nō sic p̄sumit
 hi deuoti mathematici. sz ip̄p̄osite q̄stionis
 solutiōe imp̄fectū suū humilit^o recognoscunt
 Hescit inq̄iūt acrobologia mathematica h^o
 q̄stionis soluere nodū. Hescit q̄ppe diuinuz
 aperire secretū. nā cū dō claudēte nemo ape
 riat. sane frustra sudat diuinū^o obserata. hu
 manit^o reserata. Ad hāc itaq; vocē secūdā
 exeo scolā z trāseo ad tertiā. Tertio ḡ vco
 ad scolā iurisperitoꝝ in q̄ p̄tētiōse discēptāz
 q̄stiones ciuiles z politice. Et ibi nostrā p̄
 pono questionē: iterroās ab eis d̄ lege xp̄i
 euāgelica. Quenā doctrina hec noua. In p̄
 mo hō hui^o scole igressu ciuiles iuris docto
 res iuenio. Qui impatoꝝ leges. cesaris edi
 cta. tāta veneratiōe suscipiūt. tāto honore p̄
 ferunt. vt p̄ ip̄is venerādis aliq̄ plerūq; cele
 stis impatoꝝ leges p̄temnāt. p̄ ip̄is defen
 dēdis. edictis sūmi cesaris p̄tradicāt. Sz re
 perio iterz i hac scola quosdā iur^o canonic^o p̄
 fessores q̄ etiā suas decretales eplāz q̄ diui
 nas scripturas accipiūt eas talit^o venerant^o
 vt p̄pter h̄ eoz aliq̄ plerūq; i diuinaz p̄m
 p̄t blasphemā scripturaz. Tales em̄ repe
 hēdit magis ille vtriusq; iuris doctor d̄ns
 Bracian^o sui volumis. dif. ix. sba recipiens
 Aug. eplā. viij. ad Dierō. Ego inq̄t sol eoz
 libroz scriptoribz q̄ iam canonici appellan^o.
 didici hūc morē honozōz referre vt nulluz
 eoz scribēdo errasse audia credere. Appella
 tione canonicoz libroz solos cōphēdēs li
 bros diuinaz scripturaz z nō iurū huma
 noꝝ in q̄bz codē Augustino teste li. ij. ad viū

centium. negare nō possum^o nec debem^o ml
 ta esse que possunt iusto iudicioz nulla teme
 ritate culpari. Ipsoꝝ igitur qui vel i ciui
 lis vel i canonici iuris scola aut student aut
 docēt bifariam diuisionē reperio. nā quidā
 z multi prochdolor linguā prostituūt. que
 stum querūt. equitatē soluit. pacē pfundūt.
 sopitaz litū cineses suscitāt. pactiōes vio
 lant. adulteria dissimulat. matrimonia diffā
 mat. luxuriātur i lachrimis viduarz. in fame
 pupilloꝝ. i afflictioe simpliciū. z i pauperuz
 nuditate. Hā vt Sydonij sbis vtar. hi sūt
 q̄ causas p̄tendūt adhibiti. impediūt p̄ter
 missi. fastidiūt admoniti. obliuiscūtur locu
 pletati. hi sunt q̄ emūt lites. vendūt iterces
 siones. iudicāda dicitāt. dicitata cōuellūt. at
 trahūt litigaturos. protrahunt audiendos.
 Quid plura. Ni sunt q̄ dum i capturā pecu
 nie rebzia tendūt. iura omiā iteruertūt. om
 nes leges iterptātur ad libitū. z p̄ sua volū
 tate nūc abdicāt. nūc admittūt. bñ dicta de
 prauāt. prudēter allegata peruertūt. cōdem
 nāt innocios. nocētes absoluunt. impios fo
 uent. opprimūt innocētes. Ab his itaq; liti
 giosis cauidicis de q̄stione p̄posita nihil q̄ro
 sed eoz cōsoria fugio. z eoz cōdemno litigia
 dicēte mihi apostolo. Seruū d̄ni nō opoz
 ter litigare sz māsuctū esse ad omēs. scōa ad
 Thimo. ij. Alij vero sunt. z vtinam multi. q̄
 in ipsa iuriū scola studēt z docēt nō ad que
 stum nō ad iniquū iuris dispēdium. sed ad i
 quisitiōem veritatis z iudicij equitatz. Ni
 sunt qui aduocātur p̄ pupillo z vidua. p̄ vti
 litate reipublice z ecclie libertate. quoz iu
 diciarius rigor aduersus infantes vehemē
 tius excādelcit. z circa simplices mansuecit
 hi sunt q̄ erigūt lapsos. fractos cōsolidāt. li
 berāt seruos. pauperes dirāt. vagos congre
 gāt. reuocāt oberrātes. hi sunt apud d̄s ad
 mittit clamoz pauperz. erigit dignitas ecclia
 rum. p̄ quos reuclat pauperz idigētia. firma
 tur i ecclis libertas. pat i populis. i ciuita
 tibus quies. Ab his itaq; tēpto aliquid au
 dire de p̄posita q̄stione. Sz dū ipi ad huius
 q̄stionis solutiōem puenire p̄tendūt. vires
 eoz iteriori oculo caligāt. scrutātes scruta
 tiones ex inam scrutinio deficiūt. z a tāta vi
 ci sblimitat^o excellētia. retroz sū i terrā abeūt
 puoluri. ideoq; pitiores eoz de n̄re q̄stionis
 solutiōe humilit^o se excusant. Scim^o inq̄iūt
 q̄ diuic res p̄fectissime sūt. humani hō iurif
 p̄ditio sp̄ in infinitū decurrit. z nihil est i ea

q̄ stare p̄petuo possit. L. de re. iu. enuē. l. ij.
 §. sz quia. Cū igit humana iura ad scolā no
 stram p̄tineāt nō diuina. sane p̄p̄osite q̄stionis
 solutio nō ad iuridicā spectat peritiā. sed ad
 theologicā facultatē. nec nobis licet falcem
 nostrā in messem mittere alienam. xij. q. i. §.
 his ita Ad hāc itaq; vocem tertiam exeo sco
 lam z transeo ad quartam z vltimam.

Quarto ergo venio ad scolam theologo
 rum. in q̄ virtuose p̄tractant questionē vti
 les z catholice. z ibi nostrā p̄pono questionē
 interrogās ab eis de lege xp̄i euāgelica. Que
 nam doctrina hec noua. In p̄mo hō huius
 scole ingressu veteris legi^o doctores inuenio
 sanctos p̄ces patriarchas videlicet z p̄phas
 Interrogo igit p̄mo p̄mum illū patrē Adā
 qui ad imaginē dei fact^o z in paradiso positus
 diuina secreta credif p̄cepisse. Sed respon
 det adā doctrinā hāc nouā sibi maria i p̄te
 esse ignorā. Unionē inq̄t dei z hoīs nō intel
 ligo. z q̄ sbū caro fieri possit ignoro. qz hō
 go p̄cipiat z pariat nō min^o est a mea intelli
 gētia extrancū. q̄ a p̄suetudine alienū. Hec
 em̄ eua mea aut cipe potuit nisi a me cogni
 ta. aut parere nisi corrupta. Uade inq̄t pori
 us ad noe viz iustū q̄ p̄ archā in diluuiō sal
 nauit gen^o humanū. Ben. vij. forte ip̄e p̄posi
 tam q̄stionē ap̄iet z signacula ei^o soluet. In
 terrogo igit noe viz iustū. sz excusat et etiā. z
 dolabro occupat^o p̄mprior est ad fabricādū
 q̄ ad docēdū. nec ego inq̄t ip̄e hāc q̄stionez
 ap̄ire. aut signacula ei^o soluet e sum idoneus
 vade pot^o ad abraā p̄rem multaz genū. ad
 que p̄missio facta ē. qz i semie tuo bñ dicitur
 oēs gētes. Ben. xij. Interrogo igit abraā. sz
 expauescit etiā ip̄e. z tāte rei nouitate p̄cuss^o
 noli inq̄t turbare pegrinatiōem meā. egres
 sus em̄ de terra mea z de cognatōe mea et d̄
 domo p̄ris mei i minādis gregibz z armēz.
 in pascuis cominādis. i fodiēdis puteis ego
 valeo. Sz quā p̄ponis q̄stionē soluere neq̄o
 vade pot^o ad moyfen famulū dei. cui locu
 tus ē d̄ns facie ad faciē. q̄si bō ad primū su
 um. Eto. xxxij. Interrogo igit moyfen. z ec
 ce moyfes e medio p̄fessu surgēs velata facie
 z libris onult^o. p̄geriē z siluā mādatorz lega
 liū p̄ponit. nec expoit. p̄thathencū suū sb
 sarcina sudat. p̄ncit i mediū. iueniūt ibi p̄ce
 pra quedā moralia. q̄dā cerimonialia. mora
 lia aut q̄uis pficiētia. n̄ tū sufficiētia ad salu
 tem. cerimonialia hō tācis obūbrata figurz.
 tātis imaginibz opta. vt nō dicā ipleri sz nec

intelligi quædã possint. Ibi cultellus p̄pucū. li bellus repudiū. oculor̄. et dentium talioes. voluit q̄ et reuoluit moyses. cōsumptorq; frustra toto legēdi officio. latēte huius doctrine mysteria. Erubescit itaq; moyses et defectū suū p̄fiteō ait. Uelata facie ego sum. p̄ce q̄so pu- dori meo. et cū tabulis meis lapideis p̄lum meū lapideū p̄mitte docere. Uade pot̄ ad dauid quē inuenit dñs f̄m cor suū. forte i cy- thara et psalterio eructabit tibi s̄bū bonum et aut ip̄e soluet q̄stionis signacula. aut d̄ stir- pe ip̄i surget q̄ soluet ea. Interrogo igit̄ da- uid. sed excusat se etiā dauid dicēs. Nō sum dign⁹ ad tāte questionis sublimitatem assur- gere. Quā iniquitates mee sup̄gressē sūt caput meū et sicut on⁹ graue gnate sunt sup̄ me. p̄. xxxvii. Ideoq; h̄ mysteria q̄stionis nō min⁹ sunt obscura mihi. q̄ tenebrosa aq̄ in nubib; aeris. Uade inq̄t pot̄ et uoca om̄es simul p̄phetas ad spectaculū istud. si forte reuelat eis de⁹ et aperiat ocul⁹ intelligētie eor̄. forte qd̄ n̄ intelligūt singuli. intelligēt vniuersi. Inter- rogo igit̄ simul om̄es p̄phas. Eōueniētib; s̄o p̄phis in vñū. et ad solutiōem q̄stionis laborā- tibo. cū singuli multa dicāt et deficiāt. surgit Paul⁹ q̄ eor̄ labori cōpatēs. et eis manu si- lentiū indicēs ait. Lex neminē ad p̄fectū ad- ducit. Iusticie autē dei p̄ fidē Ihu xpi in om- nes q̄ credūt in eū. ad Heb. vii. Eōsonat eti- am Pet⁹ college suo paulo et voluētib; atq; reuoluētib; libros legis et p̄phaz̄ exclamat. Quid tēptatis imponere iugū qd̄ neq; nos neq; patres nostri portare potuim⁹. Nō sic i- quit. s; p̄ grām dñi Ihu xpi credim⁹ saluari. Actū. xv. Vera sunt inq̄t Iohes q̄ Pet⁹ et paul⁹ dicūt. qm̄ lex p̄ Moysen data est. grā et veritas p̄ Ihu xpm̄ facta est. Job. primo. His itaq; audis̄ manifeste p̄pendo me fru- stra p̄ nostre q̄stionis solutiōem interrogasse doctores theologos antique legis moysayce. Quapropter accedo ad doctores theologos noue legis euāgelice et eis p̄pono admiratiue q̄stionis s̄ba dicēs. Quenā doctrina hec no- ua. q̄ fuit q̄stio a p̄ncipio p̄posita. vestris re- uerētis sep̄ repetita. Ad quā q̄dem q̄esti- onem noue legis. doctores catholici subclu- sione r̄ndent q̄druplici. Prima est q̄ hec est doctrina p̄funde capacitat̄ et subtilitatis in- accessibilis. Secūda est q̄ hec est doctrina stupēde sublimitat̄ et difficultat̄ imp̄scruta- bilis. Tertia est q̄ hec ē doctrina timēde se- ueritat̄ et ciuilitat̄ imp̄turbabil. Quarta

est q̄ hec est doctrina querēde felicitat̄ et vi- litatis incōparabilis. Uñ apl⁹ Paul⁹ do- ctorum catholicor̄ examis et ceteris auda- cior ad loquendū p̄missas quattuor cōclusi- ones breuiter innēs et pariter cōphēdēs de hac noua doctrina alte exclamat dicēns. O altitudo dimitiaz sapiētie et sciētie dei. q̄ incomphēnsibilia sunt iudicia ei⁹ et inuesti- gabiles vic eius. Rom. xi. Ubi animaduerto doctore hunc eximū cōrespōdenter ad p̄e- missa quattuor notare correlaria. ac si aper- te mihi diceret. frustra quesisti solutiones q̄ stionis p̄pōsite alibi q̄ i scola doctric euā- gelice. Et p̄mo frustra quesisti in scola philo- sophica disputate subtilia. nā ecce alia sub- limitatē et inaccessibilē. quid altitudo dimiti- arum. Secūdo frustra quesisti in scola ma- thematica scrutate difficulta. nāq; ecce latas difficultatē et imp̄scrutabilē. qz sapiētie et sciētie dei. Tertio frustra quesisti in scola iu- ridica disceptate ciuilia. nā ecce firmā ciuili- tatem et imp̄turbabilē. quia incomphēnsi- bilia sunt iudicia eius. Quarto frustra que- sisti in scola moysayca p̄tractante vñia. nam ecce summa vtilitatē et incomphēnsibilem. quia inuestigabiles vic ei⁹. Hec itaq; paulo dicē- te. assurgūt ei pariter om̄es doctores catho- lici. et eius cōcordant sentētie. Sed vt vnus loquat̄ p̄ omnib;. ecce doctor veridicus Au- gustin⁹ quasi syndicus alior̄ vnus verbum p̄ponit p̄ singulis et dictis Pauli testimoniū p̄hibet veritatis. Vera sunt inq̄t que pau- lus asserit et nihil verius dici potest. Nam in hac sacra doctrina noua supereminēt cō- tinetur quidquid in alijs vtiliter inuenitur. Quidquid em̄ homo extra didicerit. si notū um est hic damnat. si vtile est hic inuenitur. et cum ibi quisq; inuenerit omnia que vtili- ter alibi didicerit. multo abundant⁹ inueni- et ea que nusq; alibi inuenire potuit. Verba sunt Augustini sc̄do de doctrina christiana ca. vii. Quibus auditis p̄stratis in terrā ge- nibus corpis et flexis poplicibus cordis ma- doctrina salubris sup̄mū doctore et magist̄ exoro suppliciter et deuote. humiliter postu- lans cū sapiētissimo Salomōe Da mihi do- mine sedū tuaz assitricē sapiētiam. mitte il- lam de celis sanctis tuis et a sede magnitudi- nis tue. vt mecū sit et mecum laborez. Sap. ix. Quod nobis cōcedat q̄ sine fine viuūt et re- gnāt in secula seculorū Amen

Questio eiusdem in suis vesperis.

Trū petri eccle/

via lege regulatur. Reueren- di patres et dñi Ego reus et in- dign⁹ peccator Petrus de pa- store petro et ei⁹ grege vel ecclesia tractaturus imo indignus p̄uicator xpianus de legis- latoze xpo et eius lege seu regula p̄mis locu- turus formido nimir et demisso capite ver- tus sum ne mihi ueniat illud prophete Da- uid elogium. Peccatori autē dicit deus. qua- re tu enarras iusticia meam et assumis testi- moniū meū p̄ os tuū. Igitur tremunt labia berent fauces. balbunt lingua. et oia uoc̄ or- gana fere penit⁹ obmutescūt. Et dū in tanto rum viroz p̄sentia de materia tā ardua loq̄- vereoz et tacere prohibeo. fugam cupio sed- quo fugiā nescio. Si em̄ fugiam ouis ad pa- storem Petrus ad petrū. imo si cōfugiam fi- lius ad patrē. christianus ad xpm̄. timeo re- pelli et propter peccata mea nullatenus ex- audiri. Non est ergo quo securus fugiāz q̄ filius ad matrē. filius ecclesie ad matrē ec- clesiam. Spero nāq; per banc piā matrē que peccatores conciliat apud patrem. non repelli quidem sed suscipi et per matre pie- tatis viscera confortari. Ad hanc igitur cō- fugiens et sua lege regulari cupiens me et di- cta mea omnia sue et suor̄ filiorum tam p̄sen- tium q̄ absentū charitatiue correctioni cō- mitto. et sub hac et alijs protestationibus sic- ri p̄suetis quas supplico haberi pro repetitis gratia breuitatis. ad questionis respōsionez accedo Pro qua tres breues articulos fa- ciam et in quolibet articulo sic procedam. Primus erit de xpi regula siue lege. Secūdus erit de petri ecclesia siue grege. Tertius erit de gregis petri et legis xpi con- formitate. Primo p̄mittā tres distinctiōes. Secūdo ponā tres p̄clusiōes respōsivas. Tertio inferā tres p̄pōnes correlarias. B. Quantū igit̄ ad p̄mū articulū in quo videndū est de xpi regula siue lege sunt tres distinctiōes p̄mittēde. Prima erit gene- ralis de lege. Secūda sp̄cialis de lege diui- na. Tertia sp̄cialior de lege xpi seu regula. Prima q̄ distinctio est q̄ lex vt ad p̄positū p̄tinet multipliciter et p̄ diuersis capi solet. Nāq; sumit̄ p̄ p̄ma lege que est lex increata. Et sic diffinit Aug⁹. legē libro p̄mo de libe-

ro arbitrio. Lex eterna est sūma rō cui sp̄ ob- tempandū est. Et. xxij. p̄tra Faustū. Lex eterna est diuina mens seu. volūtas ordinez naturalē seruari iubēs turbari vetans. Uñ patet. q̄ sicut volūtas diuina est simplicit̄ p̄- ma causa in genere cause efficiētis. sic ip̄a est lex simpliciter p̄ma in genere legis obligan- tis. Quare sicut nulla causa secūda p̄t agere ip̄a nō agēte. sic nulla lex potest obligare ip̄a nō obligate. put alias declarauī. Nāq; vero sumit̄ lex p̄ signo p̄me legis qd̄ est lex creata. Et sic diffinit Tull⁹ in philippicis. q̄ lex nē- bil aliud est q̄ recta rō a numie tracta a deo diriuata imperis honesta prohibensq; con- traria. Sed sic capiēdo legē p̄ lege creatā ad- huc quādoq; sumit̄ generalit̄ p̄ qualib; talē lege naturali humana vel diuina scripta vel nō scripta. Et sic diffinit Tullius libro d̄ na- tura deoz. q̄ lex est recti p̄ceptio p̄uicq; de- pulsio. Nāq; vero sumit̄ sp̄cialit̄ p̄ lege na- turali. Et sic diffinit Tull⁹ libro de legib;. q̄ lex est rō insita a natura que iubet que sūt facienda. p̄hibetq; p̄traria. Quādoq; etiā su- mitur sp̄cialit̄ p̄ lege humana scripta. Et sic diffinit Bracian⁹ distinctiōe p̄ma q̄ lex ē p̄stitutio scripta. Et distinctiōe secūda. q̄ lex est cōstitutio populi qua maiores natu siml- cum plebito aliquid sanxerūt. Et sic quāuis iste termin⁹ lex sit generalis ad omnē legem tamē quādoq; restringit̄ ad vnā determina- tam sp̄ciem. C. Secūda distinctio ē q̄ lex diuina vt sumitur p̄ lege diuinit̄ inspi- rata qualis est lex Moysi vel xpi. Uno mo- do potest sumi p̄ aliqua vna reglā data a dō aliquid p̄cipiēte vel p̄hibente. Alio modo pro aliqua vna cōgregatione plures sc̄es re- gulas cōtinente. Qualiter tota doctrina xpi dicitur lex xpi. Et sic sumitur in p̄posito. Sed sic capiēdo adhuc potest sumi stri- cte pro aliqua tali cōgregatione solum cō- tinente p̄cepta et prohibitiōes. quia h̄ duo solum p̄tinet ad legem proprie dictā. Alio modo potest sumi large p̄ aliqua tali cōgre- gatione nō solū p̄tinente p̄cepta et p̄hibitiōes sed etiā cōsilia et permissiones. testimonia hi- storialia. exempla imitabilia. miracula. sacra- menta. promissiones p̄miorū. cōminatio- nes supplicioz. et multa huiusmodi. que licet nō sint de suba legis p̄rie. qz nec ligant nec obligant eo q̄ his nihil imp̄at̄ aut p̄hibetur ip̄a tñ sunt fortissima adiutoria ad legē susti- nendū. id̄ dicunt p̄es leḡ diuic cōiter dicte

D Tertia distinctio est quod lex christi seu regula. Uno modo potest sumi stricte per aggregationem illorum et simul eorum quod docuerunt apostoli et discipuli eius auctoritate sua. Et sic sumitur huius. Unum lex christi seu regula dicitur tota doctrina euangelica intelligendo per euangelium non solum doctrinam quatuor euangeliorum sed generaliter nouum testamentum. Quod admodum doctrinam suam vocat Paulus euangelium. ad Thimotheum. Sic sic capiendum ad huc potest multipliciter sumi. Uno modo per talis doctrine veritatem. siue sit in mente siue in scripto vel in voce. Alio modo potest sumi per talis veritatis vel obiecti intellectuali cognitionem. Unum non minus proprie dicitur lex vel preceptum vel prohibitio ipsa cognitio agendorum vel non agendorum quae ipsa veritas enunciat quod agendum vel non agendum. Iohannes dicit venerabilis Hugo primo de sacramentis. parte. vii. c. vii. Quid cognitio faciendorum fuit nisi si quedam ad cor: huiusmodi facta preceptio. et quod rursum cognitio vitandorum nisi prohibitio. Nec autem cognitio potest esse multiplex. quod vel solum approbatio sua iudicatio. Et si iudicatio cum formidine l' cum certitudine. Et si cum certitudine l' p' t' habitus vel actualis vel ab habitu acquisito solum vel ab habitu etiam infuso. Unum secundum huius loquendo propriissime lex christi potest dici fides infusa vel actus eius quo creatura rationalis firmius assentit doctrinae christiane veritati. **E**

His distinctioibus premissis ad videndum quod liter huiusmodi lex seu regula est rationali creature per statum vite perfectissima lex creata. tres sunt conclusiones declarande. Prima conclusio est. quod lex naturalis vel humana vel etiam lex diuina mosaica viatori non est lex perfectissima creata. Patet primo de lege naturali vel humana. quod aliter sequitur quod viator ex puris naturalibus sine fide possit omnia ad que tenet perfectissime cognoscere et adimplere. Sed apostolus ad Hebraeos. xi. Sine fide impossibile est placere deo. Secundo idem patet de lege mosaica quod secundum apostolum ad Hebraeos. vii. Huiusmodi ad perfectum adduxit lex. Et loquitur de lege veteri per moysen data. quare etc.

Secunda conclusio est quod lex christi seu doctrina vocalis aut scripta vel ipsa mentalis solus apprehensiva vel etiam ipsa adhesiva si non sit ex se infusa non est viatori perfectissima lex creata. Patet quod nullus viator per legem christi sine fidei credulitate potest omnia ad que tenet perfecte intelligere. Tertia conclusio est quod lex christi sola seu doctrina. i. fidei infusa habitus vel actus quem viator habet de ea est sibi perfectissima lex creata.

Patet quod nullus viator per aliud signum seu directiuum creatum nisi per huiusmodi fidem vel actum omnia ad que tenet perfecte cognoscit. ut ex predictis apparuit. et per huiusmodi signum illa perfecte cognoscit. quod si non tunc fidelis operans secundum fidei christi directiuum non sufficenter operaret ad consequendum salutem contra illud. Math. vi. Qui crediderit. etc. saluus erit etc. **F** Ex predictis sequuntur aliquae propositiones correlarie. Prima est quod sicut virtus iusticie solum est in mente et non in scripto vel voce. sic in ipsa est proprie lex seu regula iuste vite. Patet quia nullo existente scripto vel voce adhuc lex esset nec regere intellectuales que sunt res naturales imaginabiles minus essent seruande nec homo minus obligaretur ad eas quam si ipsas legeret vel audiret. quare etc. Secunda est quod sicut vox audibilis non est lex proprie sic nec scriptura legibilis sed solum equiuoce. Patet quia vox vel scriptura lex non dicitur aut regula nisi ea figura vel tropo qua nomen rei et veritatis imaginem imponitur vel signo. sicut imago regis etc. Patet quia iuriste diffinitores leges diffiniunt ea secundum eius minus propriam acceptiorem. quia ut supra patet. Bractiarum et alij solum diffiniunt legem scriptam. Tertia est quod sicut ad legis christi habituale fidem omnis viator obligatur sine vel la' excusatione. sic ab eius actuali fide nullus excusatur nisi sola incapacitate. Primum patet ex illo dicto apostoli. Sine fide impossibile est placere deo. Unde licet inter homines alij alij minus sint capaces propter breuitatem intellectus experientie paucitatem aut defectum doctrine vel gratie. quia non omnes equaliter obligantur ad credendum singula legis in particulari et explicite. tamen nullum est genus hominum adeo tardum intellectu quod saltem in vniuersali et implicite non possit omnia credere. id est credere vniuersaliter quod quid ibi asserit esse verum. ideo a tali credulitate habenda loco et tunc nullus omnino excusatur nisi sola incapacitate. Patet uolens autem et furiosos ceterisque passionibus mente captos seu alia naturali impossibilitate prohibitos incapaces voco. et si non simpliciter tamen secundum quid. sed dum his defectibus laborant. quare non oportet quod aliquid actualiter credant. ideo etc. Et huius de primo articulo. **B**

Quantum ad secundum articulum in quo videndum est de Petri ecclesia siue grege sunt distinctiones premitte. Prima erit generaliter de ecclesia. Secunda specialiter de militante ecclesia. Tertia magis specialiter de Petri ecclesia

